



# **Locus de vnico Christi sacerdotio et sacrificio, : Aduersus commentitium Missae Sacrificium, Theologice? & Scholastice? tractatus.**

<https://hdl.handle.net/1874/431512>

*LOCVS*  
**DE VNICO**  
 CHRISTI SACERDO-  
 TIO ET SACRIFICIO,  
 Aduersus commenti-  
 tium Missæ Sacri-  
 ficium,

*Theologicè & Scholasticè tractatus.*

Authore ANTONIO  
 SADELE.



*GENEVÆ*  
 Excudebatur sumptibus Ioannis  
 le Preux.

---

1581.

DE ANICO

CHRISTI SACRARIO.

ET ALEXANDRIENSIS.

AUGUSTINUS CONFUTAT.

ET DE MATERIA.

ALIO.

ANALOGIA DOMINI.



## PRÆFATIÖ.



ON immerito Græ-  
cum illum Poëtā lau-  
davit Nazianzenus,  
qui recta, commodá-  
que rerum initia co-  
lumnas aureas appell-  
abat. Ut enim nisi firma fundamenta  
iacantur, superuacanea est, & inutilis  
ædificatio: ita vix ullus laborum nostro  
tum fructus sperari potest, nisi conue-  
nientibus & aptis initiis nitantur: nec  
fœlix progressus expectandus est, nisi  
fausta initia præcesserint. Cùm igitur  
ea fidei dogmata, quæ sunt inter nos &  
Pontificios controuersa, Theologicè  
simul, & Scholasticè tractanda existi-  
marem: ut ita Monachorum effræna-  
tas declamationes tanquam in gyrum:  
accuratæ & Theologicæ disputationis  
ducerentut (si modò ab illis id obtineri  
queat) initium fecimus à loco de Vct-  
bo Dei scripto aduersus humanas tra-

In Laudis  
Basil.  
Pind.

## PRÆFATIO.

ditiones : eamque nos disputationem  
anno superiore proposuimus , vt esset  
firmissimum reliquarum omnium dis-  
putationum fundamentum . Nam hoc  
pacto nobis visi sumus sequentibus tra-  
ditionibus columnas aureas suffulcire,  
si quum de fidei capitibus agitur, primū  
omnium, ipsi Dei verbo, quo uno fides  
*Fundamen-*  
*tum huiusc*  
*disputationis*  
nostra fundanda & constituenda est,  
sua constaret authoritas . Nunc autem  
ut super hoc præstantissimum funda-  
mentum (liceat enim nobis hæc Apo-  
stolica verba usurpare) aurum, argentū,  
& lapides pretiosos edificemus: hoc est,  
dogmata cum verbo Dei consentanea  
proferamus: ecce, proponimus locū de  
Vnico Christi sacerdotio & sacrificio,  
inter alios Theologiæ locos celeberrimi-  
num, & quo præcipuum salutis nostræ  
*Vt sus presen-*  
*tis disputa-*  
*tions.*  
caput continetur . Huc enim redit sum-  
ma totius huiusc disputationis , vt in-  
telligamus, quænam & quanta sit effi-  
cacia qui fructus, & quæ merita mor-  
tis ac passionis Iesu Christi Ecclesiæ Re-  
demptoris , & æterni , ac solius Sacer-  
dotis noui Testamenti: qui semetipsum  
in cruce semel tradidit, & obtulit Deo

pro

## P R A E F A T I O.

pro peccatis nostris: & qui (vt aliquando scitè ac verè dixit Augustinus) orat <sup>In Psal. 85;</sup> pro nobis, vt sacerdos noster: orat in nobis, vt caput nostrum: oratur à nobis, vt Deus noster. Quæ omnia si, vt par est, ex verbo Dei definiantur: facile cognoscemus, quid sit, tum sacerdotium Christi, tum ipsius sacrificium: ne nobis Pontificij suorum sophismatum captionibus fucum faciant. Enim uero, vt mirum maximè ita quoque maximè dolendum est, cùsque dolos & fallacias Saranæ procedere potuisse, vt omnes propè veterum Ethnicorum ritus ab Apostolis damnatos, explososque, mutatis tantum nominibus in usum reuocauerit: & retento Christi nomine, veram Christi cognitionem, adeoque Christum ipsum, quoad eius fieri potuit, ex animis hominum delerit. Sic enim Romanus Pontifex, dum Christi vicarius salutatur, ipsa ille est <sup>et iniquos</sup>, de quo locutus <sup>2. Thess. 2.</sup> est Apostolus: sic Episcopi nomine tenus Apostolorum successores, reipsa doctrinam Apostolorum totis viribus oppugnant: sic illi ipsi Pontificij splendido & augusto nomine Ecclesiæ Ca-

<sup>Pontificiorum  
errores.</sup>

## PRÆFATIÖ.

tholicæ gloriantes, veram & verè Catholicam Ecclesiam, & pios quoslibet Diuini verbi puritatem amplexos, totos iam annos septuaginta crudeliter insectantur. Longum esset iter ad omnia, quæ, & aliud tempus, & longior rem orationem desiderant. Sed, ut in

*Missa sacra-  
fi. ium, Chri-  
sti sacrificio  
contrarium.*

rem præsentem veniamus: nónne ipsū Missæ sacrificium (aduersus quod insti-  
tuta hæc nostra est disputatio) ipsius

Christi sacrificio tantas offudit tenebras, ut præcipuum hoc fidei caput pro pè in obliuionem abierit? Nónne istud hominum commentum (quæ est humanae superstitionis fecunditas) in tot & tam multiplices cæremonias, tot gestus, tot signa: tot denique, tantaque, scilicet, mysteria penitus abstrusa, ac ne ipsis quidem Pontificiis sacerdotibus cognita, tandem excreuit: ut

*Varia ac  
multiplices  
cæremonie  
Missa: ea-  
demque cum  
inepte tum  
peraburda.*

tibi videaris in Numæ schola & in veterum Pontificum Romanorum collegio, potius quam in Apostolorum doctrina, & in Ecclesia Christiana versari? Nam quid commemorem variam Missalis sacerdotis actionē, variisque gestus ac motus corporis in suo illo sa-

*Missalis sa-  
cerdotis a-  
ctio, gestus,  
genus.*

crificio

P R A E F A T I O .

crificio peragendo? Nunc enim rectū, nunc incuruum, nunc se in orbem versantem, quandoque in medio orbe sub sistentem, saepe stantem, nonnunquam tardè inambulantem videoas: brachiis modò passis, modò contractis, nunc sublatis, nunc depresso: digitis verò in designandis crucibus perpetuò occupatis: saepe apud se tacitè loquentem, nūc alios (quos tamen ne conspectu quidē dignatur) alta voce compellantem: aliquoties pani & calici insuffrante, aliquando etiam dormitantem, tum autem excitatum, alta deinde suspiria ducentem, & continuò in cantum clarissimum erumpentem. Hæc & sexcenta eiusmodi (quæ libens prætermisi, ac ne hæc quidem dicturus, nisi me res ipsa coëgisset) quid, obsecro, commune habent, vel cum sanctissimo sacrificio, quod Christus semel fecit, pro nobis moriens: vel, cum sacro Cœnæ Dominicæ mysterio? Atqui hoc esse Christi sacrificium, & hanc esse Cœnam Domini, Pontificij nobis, scilicet, affirmant: similiterque faciunt, ut si quis tabulam exesam & vetustate consumptā

## P R A E F A T I O.

sitūque squalidam, pro re ad viuum suis coloribus expressa nobis obtrudet. Nec verò in hanc errorum voragine Maiores nostri statim præcipites ruerunt: Sed ea fuit astutia Satanæ, vt pederentim homines in errorem pellexerit: donec tandem eos in istud cæremoniarium ac superstitionum pelagus demiserit. Quintiam, quod magis mirum videri debeat, ipsorum quoque proborum hominum studio & diligenzia abusus est, & sanctum eorum propositum, piisque conatus in contrariā partem omnino conuertit. Etenim cùm sacrificij nomen priscis illis temporibus sanctissimum, tam apud Gentiles, quam apud Iudeos haberetur, nec crederetur illa sine sacrificio religio esse posse: atque etiam plerisque iniuisi essent Christiani, quod externa sacrificia sustulissent: huic rei ut remedium adhiberent, operæ pretium sibi visi sunt facturi Maiores nostri, si testarentur, Christianam Ecclesiam non esse sine sacrificio: quippe quæ vnico, eodemque perfectissimo Christi sacrificio in cruce facto, cuius sacrificij virtus est

*Paulatim ad tantum care moniarum cumulū peruentum est. Satan abusus est pio Maiorum nostrorum studio.*

*Qui factum fit ut Cana Domini, sacrificium ratione caretur.*

perpe-

## P R A E F A T I O .

perpetua, frueretur. Iam quia sanctissimi illius sacrificij memoria in sacre Cœnæ Dominicæ mysterio celebratur: vulgo obtinuit, ut Cœna Domini, sacrificium vocaretur: ut ita Veteres significarent, nullam esse causam quam obrem Iudæi & Gentiles abhorrerent ab Ecclesia Christiana, tanquam omnibus sacrificiis destituta: cū potius illa longè præstantissimo sacrificij genere freta esset. Cùm enim vni ci sacrificij semel pro nobis in cruce facti memoriam identidem celebraret, & spirituale sacrificium laudis & gratiarum actionis, adeoque se totam Deo per Christum offerret: iniquissimum erat obiicere: nulla esse sacrificia in Ecclesia Christiana; quæ solet per Christum offerre Deo sacrificia, ut spiritualia, ita maximè noui Testamenti temporibus accommodata. Atque hoc quidé fuisse Maiorum nostrorum consilium, si velimus replicare memoriam temporū, cùm ex aliis Veterum scriptis, tum ex apologiis nomine Christianorum editis, perspicuū esse potest. Verum enim uero, ut ingenium est hominum, ab

## P R A E F A T I O.

rebus spiritualibus proclive ad res **externas** & crassiores: gliscente in dies superstitione, coaceruatis erroribus, & puriore doctrina sensim obsolescente: res tandem eò deuenit, ut post multa

*Cœna Domini in Missam conuersa.* annorum secula, sacra Domini Cœna fuerit in crassum externumque sacrificium commutata: Pastores qui Ecclesiām docebant in sacrificulos conuersi: prædicatio Verbi Dei, in sacerdotum missitantium susurrationes: mensæ, in altaria: communio, in vnius sacerdotis actionem, qui, cæteris omnibus à tergo relictis, ad se vnum pascendū maximo-pere intentus est. Ac nequid fortè ad transformationem deesse videretur,

*Transsubstantiatio.* ipsa etiā elementa, ipsas rerum substancias in hoc Missæ sacrificio commutari, & vt illi quidem loqui solent, transsubstantiari, posterioribus seculis Pontificij tradiderunt. Itaque quum Ecclesiæ Apostolicæ facies esset adeò immutata, deformatāq: & sanctissima Apostolorū instituta, (quoad eius fieri potuit) versa, euersaque omnia: quid mirum, si in crassissimis errorū & ignorantiaz tenebris homines iampridē versati sint?

Post-

## PRÆFATI O.

Postquam enim animæ salus huic vni  
cōmētio sacrificio fuit alligata: & in-  
fausta illa dogmata, De fide implicita,  
&, De opere operato simul recepta  
sunt: adeò creuit hominum tum stupi-  
ditas,tum inscitia,vt iam etiā nescirēt,  
se nescire: quū res sacras ignorare ma-  
gnæ virtutis,& imprimis Catholicæ fi-  
dei esse ducerent. Placuit igitur, & ni-  
mis placuit hominibus,hac Religionis  
exercendæ facillima ratio,vt huic tam  
affabre fabricato sacrificio,hoc est,pā-  
pæ deliciis refertissimæ frequentes in-  
teressent: videntes quidem mirificas  
ceremonias,& peregrinorū verborum  
strepitum audientes:sed nihil eorū que  
fiebant,& que dicebantur,intelligētes.  
Scilicet,hoc satis supérq. fuit , præsen-  
tes adesse,mirari,audire & murmuran-  
tibus sacerdotibus,alio vicissim strepi-  
tu admurmurare: quum persutum ha-  
berent,se illo opere operato(ut loquū-  
tur)seruari,& otiosos,ac propemodum  
nihil tale cogitantes,in cœlestem hæ-  
reditatem,quasi huiusc sacrificij qua-  
drigis suauissimè vectos,commigrare.  
Tanta fuit Satanæ,patris mendacij,ho-

## P R A E F A T I O.

minibus illudentis efficacitas: nimirum  
Deo contemptum sui verbi, & homi-  
num ingratitudinem pœnis, ut iustissi-  
*Pontificiorū* mis, ita grauissimis vlciscente. Nunc  
*iniustissime* autē, quum tam crassi ac fœdi errores,  
querele. illucente Dei veritate, redarguuntur,  
exclamat Pontificij: indignum faci-  
nus! omnia misceri, Ecclesiam ruere,  
pietatem extingui: maximam porrò  
fieri rebus diuinis, ipsiq. religioni Chri-  
stianæ iniuriam, quum aliquid Missæ  
detrahitur: solē denique ē mūdo tolli,  
si Missæ sacrificium tollatur. Sed cùm  
agnoscamus vnicum Christi sacrificiū  
factum in cruce pro peccatis nostris,  
& in illo spem salutis nostræ colloce-  
mus: cùm illius sacrificij memoriam ex  
ipsius Christi instituto in sacra Domi-  
ni Cœna, summa cum reverentia, cele-  
bremus: deniq. cùm corpus & sangu-  
nē Christi vera fide nos recipere profi-  
teamur, in remissionem peccatorum &  
vitam æternam: obsecro vos Pontifi-  
cij, cur nos tanquam hæreticos, & sa-  
crificij Christi inimicos damnatis? eam  
scilicet ob causam, quod vestræ Missæ  
additamenta, vestrasque cæmonias,

tum

## P R A E F A T I O .

tum ridiculas, tum absurdas, tum etiam  
verbo Dei contrarias repudiemus. Vos  
autē: cur aperte veritati resistitis, nec  
veremini planos expressosque Scriptu-  
re locos de vno Christi sacerdotio &  
sacrificio, toties à nostris inculcatos,  
frigidis & insulsis cauillationibus elu-  
dere? N̄ mirū egregiè cōfirmatis quod  
Augustinus de errore differens, his pe-  
nè verbis: *Duo sunt(ait)quæ in errore ho-*  
*minum difficillimè tolerantur : præsumptio,*  
*priusquam veritas pateat: &, quum iam pa-*  
*tuerit, præsumptæ defensio falsitatis.* Quo mi-  
nus ferenda est Monachorum Pseudo-  
nymorum audacia: qui Romanę Eccle-  
się corruptelas omnes, quanquam ab-  
surdissimas, præfracte tamē defendere  
statuerunt: quūmque ex ipsis Pontifi-  
ciis Doctoribus plerique Sacrificij vo-  
cabulum, in hac questione, de applica-  
tione vni illius sacrificij, quod semel  
in cruce factum est, intelligent: isti ni-  
hilominus cōtendunt, in sua Missa fie-  
ri verum, externum & propriè dictum  
sacrificium: atque ad eam rem efficien-  
dam adhibent sua sophismata, quorū  
scilicet, prēstigiis nobis imponant. Nec

Pontificij  
aperte veri-  
tati resistunt  
& planos  
Scripture lo-  
cos cauillati  
onibus elu-  
dunt.

De Trinit.  
lib. 2. in  
Proœm.

Audacia te-  
suitarum.

P R A E F A T I C.

verò sum nescius hoc Pontificiorum  
commentum, & quaslibet eiusmodi  
Monachales ineptias à viris doctissi-  
mis fuisse grauissimè refutatas: nec ipse  
in medium prodeo, quasi nouum, & ha-  
*Sophistæ V<sup>e</sup> e*  
*ris armis*  
*Ip̄m̄s p̄r̄*  
*Seiæ profi-*  
*gandi sunt.*  
ctenus inauditum aliquid dicturus: sed  
sperauit non omnino futurum inutilē;  
si Sophistæ, veris Ip̄m̄s p̄r̄ seiæ armis, &  
ab illa ipsa arte, quam immetitò quidē,  
sed tamen fidenter, sibi propè solis ven-  
dicant, profligentur. Quamobrē, ut nos  
copiosam aliorum, fusamque latius ora-  
tionem & vberima scripta laudamus,  
& ex iis legendis maximum nos fructū  
percipere fatemur: ita nobis concedi  
petimus, ut hoc etiā contracto & scho-  
lastico scribēdi genere vti nobis liceat:  
& quæ huius ætatis Doctores, cùm do-  
ctrina, tum etiam summa dicendi facul-  
tate præstantissimi fusè, & latiore stylo  
conscripterunt: ea ex præceptis Ip̄m̄s  
p̄r̄ seiæ ita proponere, ut ipsa tela, quæ  
nobis alij explicant & porrigunt: nos,  
quasi ipsius artis differendi lacertis, in  
communes hostes vibrare videamur.  
Atque ut id sperem me facilè impetra-  
turum, facit Augustinus: qui censuit

*ytile*

## P R A E F A T I O.

*Vtile esse de iisdem quæstionibus plures à pluribus fieri libros, diuerso stylo, non diuersa fide: quandoquidem (inquit idem aliquantò post) tanto fortius conuincuntur hæretici, Eod. l. c. 13.*  
*quaniò plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. Hęc ille. Ut enim qui ad vnu, eundemque portum contendunt, non possunt omnes in uno eodemque nauigio contineri (nam, vt inquit ille, ναῦς μὲν μία πάντας ἀγει.) Ita in iis quibus *Theogn.* propositum est, eandem doctrinæ veritatem, aduersus hominum mendacia propugnare: ipsarum tractationum varietas non debet, nec styli dissimilitudo reprehendi. Sed quia in præfatione primæ nostræ disputationis de Verbo Dei scripto, plura de hac re diximus: nō erimus hoc loco longiores. Tantum peto à fratribus ac Symmystis meis plurimum obseruandis, quibus hasce tractationes dicauit: atque adeò à piis omnibus Theologiæ candidatis, quorum studia pro nostro modulo cupimus adituare, vt tātulum hunc laborem boni consulant, nostrisque argumentis noua etiamnum adiungant argumenta, & ea quæ à nobis proposita sunt, ipsi, pro in-*

## P R A E F A T I O.

genij sui doctrinæque facultate locu-  
*Ad Ponti-* pletent. Pontificios autem hortor, atq.  
*ficios cohør-* etiam obtestor per Iesum Christum,  
*tatio-.*  
*Ephes. 5.* qui dilexit nos, inquit Apostolus, & se-  
metipsum tradidit pro nobis, oblationem &  
victimam Deo, in odorem bonæ fragrantie:  
ut humanis commentis, quæ Deus a-  
uersatur, procul abiecit: reliquo con-  
tendendi studio: discussaque errorum  
caligine, se ad veram nobiscum de vni-  
co Christi sacrificio doctrinam reci-  
piant: atque ita iisdem animis, summa  
cum reuerentia, Christum pro nobis  
crucifixum adoremus: ut eo solo sacer-  
dote freti, illiusque sacrosancti sacri-  
cij, quod semel in cruce factū est, me-  
moriā, non ex hominum institutis,  
sed ex puro Dei verbo purè celebra-  
tes, virtutem eius perpetuā sentiamus:  
atque inde æternæ fœlicitatis hæredi-  
tatem, summa & gratuita Dei liberali-  
tate & misericordia, consequamur.

LOCVS  
DE VNICO  
CHRISTI SACERDOTIO  
ET SACRIFICIO,

*Aduersus commentitium Missæ  
Sacrificium,*

Theologic & Scholaſticè  
tractatus.

CAPVT PRIMVM.

**V**T Theologicæ & Scholaſticæ  
disputationis methodum à no-  
bis propositam sequamur: pri-  
mū omnium proponēda est  
& explicanda nostra de vnico  
Christi sacerdotio & sacrificio sententia.  
Hæc autem est huiusmodi:

*Christus est solus Pontifex, ac verè sacerdos Noſtra ſen-  
nouि Testamenti, & eius ſacrificium ſemel in templa de-  
cruce peractum, eſt unicum, reale, & extēnum nico Christi  
Sacrificium in Ecclesia Christiana, idēque v- ſacerdotio  
nicum propitiatorium pro peccatis noſtriſ. & sacrificio.*

Quæ quidē noſtra, hoc eſt, Ecclesiæ Dei

A

## 2 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

Nostre sententiae expostio. ex ipsius verbo reformatæ sententia, ut facilius intelligi possit, pauca quædam nobis de ipsis sacrificiis & eorum usu dicenda sunt.

Cum Dominus (quæ fuit ipsius erga genus humanum misericordia) Adamum in peccatum prolapsum spe certissima salutis confirmasset, eiusque animum in expectationem Messiae venturi erexit, qui sua morte tum Adamum, tum eius posteros (prout imperuestigabili Dei consilio visum est) cum Deo reconciliaret, eosque redderet aeternæ vitae participes: non dubium est quin præclaram hanc promissionem, non tantum impressam in animo, sed etiam externo aliquo signo, ceu pignore dato, confirmatam & ob signatam esse voluerit. Ex quo factum est ut Adamus liberos instituerit in pietate & cultu Dei, atque imprimis in sacrificiis offerendis: ut cuius perspicuum esse potest, qui modo in Caini & Abeli historia versetur. Atque hoc diuinum institutum in piis aliquot familiis multos annos sanctè ac religiosè conseruarum fuisse, testatus est Noachus: cum post diluvium offerret holocausta super altare, in quoruod odore suauissimo (ita commemorante Mose) Dominus acquieuit: ne multa alia eodem spectantia mihi sint, tum ex libris Mosis, tum ex historia Iobi profienda. Porro cum Deus voluit Ecclesiam illustriori quodam modo colligere, Moysen exitauit, cuius ministerio traditi sunt Israelites

Genes. 4.

Cenes. 8.

Job. 1. &  
42.

litis varij sacrificiorum ac ceremoniarum ritus, sacris literarum monumentis consignati: in quibus, ac præsertim in cœsis immolatisque viëtimis, ceu in tabula, non solum pœna peccatis nostris debita proponebatur: verum etiam Mæsias venturus, ita depictus, ciùsque sacrificium in cruce peragendum ita ad viuum expressum est, ut res ipsa proponendum oculis subiecta videretur. Tandem nouissimis temporibus Christus in Lege & Prophetis promissus, exhibitus est: qui Legem impleuit, & aduentu suo, atque impennis sua morte & oblatione corporis sui, hoc est, vnicō illo ac præstatiſſimo sacrificio in cruce facto (cuius legalia sacrificia typi fuerunt & figuræ) externa sacrificia abrogavit. Itaque primis illis ac vetustissimis temporibus quæ Legem scriptam antecesserūt, ritus sacrificiorum diuinis oraculis traditi, instar cuiusdam *σταύρωσις*, & crassioris delineationis fuere: cui postea per Mosen viui colores additi sunt, donec tandem Christus ipse veteribus sacrificiis, non adumbratus tantum, sed etiam ad viuum expressus, modo patefactus est: ac propterea corporis exhibiti præsentia & sacrificium Christi re ipsa peractum, finem legalibus ceremoniis, ceu picturis, imposuit. Cum autē vnicī illius sacrificij virtus sit perpetua (vt etiā Christus est æternus sacerdos, semper viuens & interpellans pro nobis:) rationē Christus ipse in

## 4 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

Ecclesia Christiana instituit, qua tanti beneficij fructum percipere possimus: nempe Euangelij prædicationem & Sacra menta noui Testamenti: quibus mediis atque instrumentis sacer Dei Spiritus, prout ipsi visum est, vti solet: vt nobis applicet illius sacrificij efficaciam & virtutem. Quamobrē, post mortem & resurrectionem Christi (nec enim illa duo separamus, cùm mortis Christi beneficium ideo sit efficax, quia Christus à mortuis resurrexit) externorum & realiū sacrificiorum usum nullum in Ecclesia locū habere credimus: ne Christi exhibitionem & aduētum adeoque sacrificium ipsius semel oblatum negare velle videamur: quod profectò faciunt ij qui Missæ sacrificium reale & externum obstinatè defendunt. Vt enim si quis debitam à multis pecuniam semel creditor persoluerit, ea conditione, vt illi demum ab obligatione liberētur, qui hoc beneficio vti se velle professi fuerint: stultum esset dicere, pecuniam toties numerandam, quoties hic, vel ille profitebitur: (quandoquidem sufficit semel creditori fuisse satisfactum: ac tantum superest, vt fructus solutionis semel factę profitentibus applicetur: Ita, cùm Dominus mortis suæ sacrificio semel pro nobis Deo satisficerit, modò vera fide summū hoc beneficiū percipiamus: certè ineptum, atque etiam imp̄ium est dicere: vt nobis sacrificiū Christi applicetur, Christum

stum esse denuò sacrificandum. Atque hæc de explicatione nostræ sententiæ: quæ tamē ut etiamnū fiat dilucidior, excutiamus tam Subiectum quām Attributū superioris propositionis.

Subiectum est, Christus benedictus: de cuius nominis expositione, nulla hoc in loco positionis ex nobis est cum Pontificiis controversia. Sed in Attributo, & in singulis eius partibus tota hæc disputatio sita est. Quare operæ pretium fuerit Attributum ipsum paulò accuratiùs expendere, ut cùm in aciem disputationis ventum fuerit, nostræ tum obiectiones, tum responsiones facilius intelligantur.

Quædam sunt in hoc Attributo, quæ fortasse lucem aliquam desiderent. Cùm enim Christum appellamus Pontificem ac sacerdotem: licet ea nomina usurpemus quæ tem poribus veteris Testamenti tam Aaroni quām eius posteris indita fuerunt: hunc tamen nostrum Pontificem & sacerdotē longissimo intervallo à Leuiticis omnibus sacerdotibus distinguimus: quippe sacerdotē æternum, cuius legales sacerdotes typi fuerunt. Atque id ex iis quæ sequuntur in Attributo, perspicuum esse potest: præsertim cùm eum noui Testamenti sacerdotem esse dicimus. Nec tamen sum nescius, Ministros Euāgelij sāpe à veteribus vocatos fuisse Sacerdotes, quum illi ad vetus Testamentum alluderent: sed nos vocabulum propriè usurpemus.

## 6 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

pamus, ac propterea dicimus, Christum esse verè sacerdotem: vt allusiones & similitudines remoueamus. Deinde nequid insidiarū lateat in vocabulo sacrificij (quantum enim hinc fallere conetur Pōtificij, fiet ex sequēti disputatione manifestum) diligenter nobis vocabulum illud excutiendum est, & quatuor proponenda: ex quibus sententię nostrę veritas manifestior esse possit.

*Sacrificij vo-  
cabulū ex-  
ponitur.*

*Prima obser-  
vatio.*

Primum: et si inanis est de vocabulis ipsis concertatio, quoties tamen iis utimur vocabulis, quæ extant in Scriptura: simul retinenda est ea significatio, in qua ab ipsa Scriptura usurpantur: Nam si quis, arbitratu suo, novas illis significaciones affingeret: ille certè ab ipsis Theologicæ disputationis finibus arceretur. Quamobrem diligenter animaduertendum est, quid Scriptura intelligat sacrificij nomine. Vocabula Hebraica, Courban, Mincha, Hola, Zeuach, & si qua fortè similis occurruunt, Græci his vocabulis expresserūt: πρόσφορα, δῶρον, ὄλονάυτημα, ὄλονάρ-  
ωσις, θυσία, θυσίασμα, & aliquot aliis consimilibus. Latini verò interpretes modò vocabula Græca retinuerunt, vt, holocaustum, &, holocausta: modò, Sacrificij & Oblationis nominibus vñi sunt, quibus superiora vocabula nobis explicarent. Ex quo perspicuum est, Sacrificij vocabulū ita latè patere apud Latinos Bibliorum Interpretes, vt non solum significet sacras illas cæremonias, qui-  
bus

bus olim victimæ ex præscripto Legis immolabantur: sed etiam oblationes ex rebus inanimatis confectas. Quinetiam vocabulum Zeuach apud Hebræos latius aliquando accipitur. Quanquam autem multæ olim ac variae fuerunt sacrificiorum species (vt patet ex libris Mosis, ac præsertim ex Leuitico) tamen mihi rectè videntur Theologi omnia illa sacrificia ita distribuisse, vt aliæ *ιλαστια*, <sup>Sacrificiorum species.</sup> siue propitiatoria: alia *ινχαπτιμα*, siue gratiarum actionis dici possint. *Quæ distributio-* Exod. 30. *Leuit. 23.* *Deut. 27.*  
*tio facilè colligi potest ex ipsis præceptis le-* &c.  
*galibus.*

Secundum: licet Hebraica nomina, & ipsum sacrificij vocabulum, non actionem tantum, qua res offertur: sed etiam rē ipsam oblatam significet: tamen vsus obtinuit, vt Sacrificium magis propriè ad actionem referatur: res autem oblata, vel hostia, vel victimæ appelleatur. Hæc igitur est propria & primaria acceptio vocabuli Sacrificij, vt significet sacram actionem qua res aliqua externa offertur & consecratur Deo in eum finem & iis ritibus, qui sunt ab ipso instituti. Ex hac primaria significatione, altera (vt ferè fit) per similitudinem deriuata est, qua spiritualis & interior Dei cultus, atque ipsa guratè sumptutatis & charitatis officia, sacrificia dici possunt. Itaque ne nobis imponat homonymia vocabuli, hæc distinctio necessariò propo- *Distinctio* *in operum* nenda est: Sacrificiū aut propriè dici: atque *pias.*

8 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

ita significare prius illud reale (ita enim dicamus) & externum sacrificium: aut figuratae: & tunc posterius hoc sacrificium denotare, quod diximus ad spiritualem Dei cultum & ad vitæ sanctimoniam pertinere. At  
Psal. 50.51. que id loquendi genus tum in veteri, tum in  
Of. 14. novo Testamento sepe occurrit. De hoc po-  
Rom. 12. steriori nulla est in hac quæstione inter nos  
Heb. 13. dissensio: omnes enim agnoscimus, sacri-  
1. Pet. 2. ficia eiusmodi interiora & spiritualia, etiam  
&c. noui Testam̄ti temporibus locum habere:  
de externis & realibus sacrificiis tota hæc  
nostra instituta est disputatio. Nos enim af-  
firmamus, post Christum exhibitum pera-  
ctumque ipsius sacrificium, quo se ipsum pro  
nobis obtulit Deo, nullum amplius externū  
& reale sacrificium superesse: quandoquidē  
externum omne & reale sacrificium, aut fuit  
typus & figura sacrificij Christi, aut fuit  
ipsum Christi sacrificium semel oblatum in  
cruce: nec iam ullum in Ecclesia Christiana  
externum & reale sacrificium à Christo in-  
stitutum est. Cùm igitur non humanæ sed  
Divinæ institutionis Sacrificium esse de-  
beat: nobisque non temere, sed ex vñf Scripturæ  
loquendum sit: Scriptura verò post  
aduentum Christi nihil tradiderit de reali  
sacrificio à nobis peragendo: sed potius sa-  
crificium Christi, vnicum sacrificiū appelle-  
t: nos vñjco illo salutari & perfectissimo  
Christi sacrificio contenti sumus.

Tertium

Tertium: cùm legalia sacrificia fuerint,  
 vel *ιαοσμα*, vel *ευχαρισμα* (vt antè dictum  
 est) affirmamus: Sacrificium Christi quod  
 in cruce semel oblatum est, propriè & verè  
 fuisse & esse propitiatorium. Nam Deus mi- 1.Ioan. 4.  
 sit Christum (inquit Ioannes) ut esset propitia-  
 tio pro peccatis nostris: & alibi, *Ipse est* (inquit) 1.Ioan. 2.  
 propitiatio pro peccatis nostris: adeò vt qui nouum  
 aliud propitiatoriū sacrificij genus in-  
 troducederint, iij morti Christi , quantum in  
 ipsis est, renuntiare videantur.

Quartum: diligenter obseruandum est: Quartia ob-  
 servatio.  
 Sacrificium Christi distinguendum esse ab applicatione ipsius sacrificij: adeò vt applicatio  
 sacrificij Christi, dici non possit ipsum Christi sacrificium : quod vel ipso naturæ  
 sensu facilè intelligi potest , neque res hæc  
 desiderat probationem longiorem. Cùm er-  
 go Christus semel sacrificatus , nec debeat,  
 nec etiam possit amplius sacrificari: supereft  
 tantum vt virtus ipsius Sacrificij nobis ap-  
 plicetur. In ipsa vero applicatione duo con-  
 sideramus: videlicet , efficacitatem Spiritus Sancti in nobis operantis, & rationes exter-  
 nas quibus, tanquam instrumentis, ipse Dei  
 Spiritus utitur vt opus suum in nobis pera-  
 gat: quæ quidem externa media publica &  
 in usum totius Ecclesiæ introducta , sunt,  
 ipsa prædicatio verbi Dei, &, Sacra menta à  
 Christo instituta: quemadmodum ex scriptis  
 Apostolicis didicimus.

## 10 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

*Conclusio ex sententia.* Quæ cùm ita sint: cùm sacrificij vocabulatu-  
lum in ea tantùm significatione in qua ex-  
stat in Scriptura à Theologis usurpari de-  
beat: Et Scriptura vnicum tantùm reale &  
externum noui Testamenti sacrificium pro-  
ponat, nempe Iesu Christi Sacerdotis simul  
& Victimæ, mortem & sacrificium: quod  
quidem semel pro nobis in cruce factum,  
verè est ac propriè *hæsis* & propitiatoriū  
pro peccatis nostris: cùm ipsius vniuersitatis  
sacrificij virtus sit infinita, ac perpetua, eaque no-  
bis applicetur *hæsis*. Spiritus Sancti, adhi-  
bitis (prout ipsis videtur) Instrumentis ac  
Mediis, videlicet prædicatione verbi Dei, &  
Sacramentis à Christo in Ecclesia Christia-  
na institutis: cùm denique applicatio sa-  
crificij cum ipso sacrificio non sit confun-  
denda: efficitur, planam esse ac dilucidam  
superiorem nostram sententiam, qua dice-  
bamus: Christum esse solum Pontificem &  
verè Sacerdotem noui Testamēti & eius sa-  
crificium semel in cruce perfectum, esse vni-  
cum noui Testamenti sacrificium externum  
& reale, atque etiam propitiatoriū pro pec-  
catis nostris.

*Pontificiorum sententia.*

Iam proponamus Pontificiorum senten-  
tiam, cāmque cum nostrā comparemus: vt  
facilius cognoscamus quisnam sit huiusc  
disputationis status: sic igitur illi opinantur:  
*In Missa fieri verum, reale & externum sacri-  
ficium, quo sacerdotes offerunt Deo corpus &  
sanguis.*

*sanguinem Christi sub speciebus panis & vini:  
quod quidem sacrificium est propitiatorium pro  
viviis & mortuis.*

Hanc suam sententiam ita exponunt. Sa-  
crificium Christi duobus modis considera-  
ri; aut, ut cruentū: aut, ut incruentū. Cruen-  
tum Christi sacrificiū semel tantum in cru-  
ce factum esse: Incruentum autem siccè à sa-  
cerdotibus factitari, idque ex Institutione  
Christi, qui suæ mortis memoriam voluit,  
non solum verbis & Euangelica prædica-  
tione renouiri: sed etiam externa Missæ a-  
ctione representari à sacerdotibus Ecclesiae  
Christianæ Christum quidem esse primariū  
Ecclesiae Christianæ sacerdotē, sed Episco-  
pos & Presbyteros esse secundarios sacer-  
dotes Christū ipsum secundariè offerentes.  
Cùm autem (ut illi quidem tradunt) cruenti  
& incruenti sacrificij Christi differentia sit,  
non in re ipsa, sed in modo tantum: idcirco  
Missæ sacrificium incruentū, aiunt esse pro-  
pitiorium pro peccatis, quandoquidē il-  
lud ipsum tribuitur cruento Christi sacri-  
ficio. Iam quia censent hominum peccata,  
nō hīc tantum remitti, sed etiam post mor-  
tem pœnis purgatoriis expiari, eò fit, ut Sa-  
crificium Missæ affirment esse propitiato-  
rium tam pro viuis, quam pro mortuis. At-  
que haec est summa huius dogmatis Ponti-  
ficij, pro quo tantopere decertant, non mo-  
dò variis disputationibus, sed, quod longè

Pontificiorū  
seniētie ex-  
positio.

Sacrificium  
cruentum.

Sacrificium  
incruentum.

Primarius  
sacerdos.

Secundarij  
sacerdotes.

*Sacrificium* grauius est, flammis ac gladiis, & quantum  
*Misse non* eis licuit totos ab hinc septuaginta annos,  
*poteſt dici in* assidua crudelitate: adeò ut dum suum no-  
*cruētū, quip-* bis sacrificium incruentum toties inculcat,  
*pe immume-* vniuersam propemodum Europam piorum  
*rabilitū pio-* rum hominū hominum cruento repleuerint.

*Sanguine cru-* Ex his igitur perspicuum est, nostram &  
*entatum.* *Comparatio-* Pontificiorum sententiam αντιφατικῶς op-  
*vtrinque* ponit. Nos enim solum Christum noui Te-  
*fententia.* stamenti verè sacerdotem esse affirmamus:  
 illi nō solum Christum agnoscunt noui Te-  
 stamenti sacerdotē. Nos Christi sacrificium  
 oblatum in cruce pro nobis, vnicum, reale  
 & externum in Ecclesia Christiana sacrifici-  
 um esse dicimus: Illi, non vnicū esse con-  
 tendunt. Nos vnicum illud Christi reale sa-  
 crificium, esse pro peccatis propitiatorium  
 ex verbo Dei statuimus: Illi, non vnicū esse  
 autumant, qu ippe illud ipsum Missæ sacrifi-  
 cio tribuentes. Porrò quod illi vim ac pon-  
 dus suæ Missæ ad inferos vsque ita demer-  
 gunt, vt inde extinguant atque opprimant  
 flamas purgatorias, quas ipsi alio etiam-  
 num errore confinzerunt: non pluribus hoc  
 loco persequemur: quandoquidem ea de re  
 οὐδὲ ἀ peculiare disputationē instituemus.

En ergo quisnam sit totius controvēſiæ  
*Controvēſie* status & τὸν πρόπερον: An solus Christus sit  
*status.* verè sacerdos noui Testamenti, & mors eius  
 sit vnicum noui Testamenti sacrificiū reale  
 & propriè dictū. Quæ si semel definita fue-  
 rint;

rint; reliquæ questiones ex superioribus dependentes & à Pontificiis propositæ , sua *Questiones Missales* sponte dissoluentur. Nam quod illi querunt, *quatenus Missa sit utilis , ipsis etiam sacerdotibus: & quasi de rationibus referendis agerent, disputant de proportionibus* (vt illi quidē loquuntur) *Intensuè & extensiè taxatis: hoc, inquam, ludicum & puerile somnium ex superioris questionis tractatione satis evanescet, nec erit opus longiori disputatione.* Nisi fortè exceptiant, vt sibi hac in re gratificemur, fateamurque , Missam sacrificulis Pontificiis utilem quidem atque imprimis quæstuosam fuisse: qui subtili hoc reticulo amplissima vectigalia, & innumerabiles diuitias vnde corrascunt. At nos cā demū vtilitatē probantes, quæ cum Dei verbo & Ecclesiæ saluti congruit: istā nō inutile modō, sed etiam exitiosam vtilitatē damnamus; quę homines auertit à Christianę Religionis puritate, & beneficio mortis ac passionis Christi crassissimas tenebras offūdit. Sed iā nostræ sententię confirmatio proponenda est.

## CAPVT II.

**D**O STEAQYAM sententiam nostrā proposuimus, & quoad eius fieri potuit, explicauimus, cámq; cū aduersariorū sententia cōparauimus, vt ita magis eluceret huiuscē disputationis status: iam *Disputatio  
natactus.*

nobis ad nostræ sententiæ confirmationē accedendū est. Quia verò recte aliquādo dixit Lib.3.c.1. Irenæus, Euangclium, hoc est, scripta Apostolica, esse fidei nostræ fundamentum; operari pretiū erit locos Scripturæ primum substertere, ex quibus deinde  $\alpha\pi\delta\cdot\xi\iota\tau$  conficiamus, quæ nostræ sententiæ veritatem an-

*Partes*  $\tau\zeta$  te omnium oculos constituant. Ac ne Syllogismorum multitudo lectoribus molestiam monstratio- pareret, non singulis Scripturæ locis singuli- nis colliguntur substratis los Syllogismos subiecimus: sed satis fuit Scriptura vno verbo significare, quodnam argumen- testimonis. tum ex unoquoque loco depromi posse.

Hebr.10. *Lex umbram habens futurorum bonorum, non expressam formam rerum iis hostiis quas sim- gulis annis easdem assidue offerunt, nunquam po- test accedentes sanctificare, &c. Quapropter in- grediens mundum: Sacrificium & oblationē no- luisti, corpus autem aptasti mihi: Holocaustomata & hostiā pro peccato non approbasti: Tunc dixi, Ecce adsum, ut faciam, Deus, voluntatem tuam, &c. Tollit prius ut posterius statuat.*

Coloss. 2. *Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem, Christi.*

Heb.9. *Habebat quidē prius [Testamentum] con- stitutos religionis ritus & Sanctuarium munda- num, &c. His ita ordinatis, in prius quidē Tabernaculum quovis tempore ingrediuntur sacer- dotes qui ritus obeunt: In secundum autē semel quotannis solus Pontifex non sine sanguine quæ offert pro seipso & pro populi erratis. Hoc decla- rante*

rante Spiritu Sancto, nondum patefactam fuisse viam ad Sacrarium priore Tabernaculo adhuc consistente: quod erat exemplar pro tempore illo presenti quo dona sacrificiaq; offeruntur, que non possunt conscientia sanctificare cultorem: In cibis duntaxat & potionibus & diuersis ablutionibus ac ritibus carnalibus, usque ad tempus correctionis imposita.

Sacerdotes qui secundum legem offerunt do- Heb.8.  
na, exemplari & umbra deseruiunt rerum cœlestium sicut diuino dictum est Mose: Vnde ut facias omnia ad exemplar quod tibi ostensum est in monte, &c.

Ex his & consimilibus locis efficitur: Christum fuisse veteris Testamenti sacerdotibus & sacrificiis adumbratum.

Ecce dies venient, dicit Dominus, cum pan- Heb.8.  
gam cum domo Israël & cum domo Iuda fædus Iere.31:  
nouum, &c. dum dicit nouum antiquavit prius,  
&c.

Tollit prius ut posteriorius statuat, &c. Heb.10.

Nihil sanctificauit Lex, sed ascita spes melior Heb.7.  
per quam appropinquamus Deo.

Potioris fæderis sponsor factus est Iesus. Heb.7.

Itaque ob id noui Testamenti Mediator est, Heb.9.  
ut morte intercedente ad redemtionem earum  
præuaricationum que fuerant sub veteri Testa-  
mento, vocati, promissionem accipient æternæ hæ-  
reditatis, &c. In consummatione seculorum ad  
abolendum peccatum patefactus est, &c.

Vnus Deus, vnum & Mediator Dei & homi 1 Timo.2

*num homo Christus Iesus qui semetipsum dedit  
redemptionis, &c.*

**Heb. 12.** *Accessisti ad noui Testamenti Mediatorem  
Iesum & sanguinem aspersionis, &c.*

**Hebr. 9.** *Adueniens autem Christus Pontifex futuro-  
rum honorū, &c. ingressus est semel in sacrarium  
eternam redemptionem nactus.*

**Heb. 2.** *Vt misericors esset & fidelis Pontifex in ijs  
que apud Deum, ad expiandum peccatum po-  
puli.*

**Heb. 3.** *Considerate Apostolum & Pontificem pro-  
fessionis nostrae Iesum fidelem ei qui ipsum con-  
stituit.*

**Heb. 4.** *Habentes Pontificem magnum qui penetra-  
uit cœlos, Iesum filium Dei, teneamus professio-  
nem.*

**Heb. 5.** *Christus non sibi hunc honorem tribuit ut fie-  
ret Pontifex, sed is qui dixerat ei, filius meus es  
tu: ego hodie genui te, &c.*

**Heb. 7.** *Talis nos decebat Pontifex, pius, innocens,  
impollutus, segregatus à peccatoribus, & subli-  
mior cœlis factus, &c.*

Ex quibus consequitur ἐξ ἀρχῆς Christum nouissimis temporibus exhibitum esse solum noui Testamenti Mediatorem ac Pontificem veteris Testamenti sacerdotio sublato, & cæremoniis abrogatis. Hæc autem: Mediatorem, &, Pontificem esse noui Testamenti, ita coniuncta sunt, ut nullo modo diuelli possint: Nam Christus Mediatoris munere tunc imprimis defunctus est, quem sacerdos

sacerdos pro nobis factus scipsum obtulit  
pro peccatis nostris; ut patet ex locis supe-  
rioribus, ac præfertim 1. Timot. 2. & Heb. 9.

*Christus dilexit nos & tradidit semetipsum Ephes. 5.  
pro nobis oblationem ac victimam Deo in odorem  
bonæ fragrantie.*

*Vt gratia Dei pro omnibus mortem gustaret, Heb. 2.  
&c. per mortem aboleret eum qui mortis habet  
imperium, hoc est, Diabolum, & liberos redderet  
quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxij  
erant seruituti.*

*Nunc semel in consummatione seculorum, ad Heb. 9.  
abolendum peccatum per immolationem sui-  
psius patefactus est, &c. Christus semel oblatus  
ut multorum peccatum tolleret, &c.*

*Qua voluntate sanctificati sumus per obla- Heb. 10.  
tionem corporis Iesu Christi semel (factam.)*

*Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Ioan. 1.*

*Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Galat. 1.*

*Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis o- Rom. 8.  
mnibus tradidit eum, &c.*

*Qui dedit semetipsum pro nobis ut redimeret Tit. 2.  
nos ab omni iniustitate & purificaret sibi ipsi po-  
pulum peculiarem studiosum bonorum operum,  
&c.*

*Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi Ioan. 17.  
sanctificati per veritatem, &c.*

*Vnica oblatione consecravit in perpetuum eos Heb. 10.  
qui sanctificantur.*

*Ex quibus consequitur Christum scipsum  
semel obtulisse & se tradidisse pro nobis*

18 DE VNICO CHRISTI SACRIF.  
oblationem & victimam Deo, factū sacer-  
dotem simul & victimam, ut peccata nostra  
tolleret, & vnica illa oblatione eos qui san-  
ctificantur in perpetuum consecraret.

Heb.10. *Vnica pro peccatis oblata hostia in perpe-  
tuum sedet ad dextram Dei.*

Heb.9. *Non in manufactum sacrarium ingressus est  
Christus, exemplar vero sacrario respondens, sed  
in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu  
Dei pro nobis. Neq; ut saepe offerat semetipsum,  
&c. alioquin oportuisset eum saepe passum fuisse à  
condito mundo.*

Heb.7. *Illi qui dem plures facti sunt sacerdotes, quod  
mors prohiberet eos permanere. At hic, propterea  
quod in æternum manet, perpetuum habet sa-  
cerdotium. Unde & seruare prorsus potest eos  
qui per ipsum accedunt ad Deum, semper viuens  
ut interpellet pro eis, &c. Cui non sit quotidie  
necessæ, quemadmodum illis Pontificibus, prius  
pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro  
peccatis populi: Id enim fecit semel quin semet-  
ipsum obtulit, &c.*

Heb.4. *Habentes Pontificem magnum qui penetra-  
uit cœlos Iesum Filium Dei, teneamus professio-  
nem. Non enim habemus Pontificem qui nō pos-  
sit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tenta-  
tum in omnibus similiter absque peccato. Acce-  
damus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut  
consequamur misericordiam & gratiam inuenia-  
mus ad opportunum auxilium.*

Heb.6. *Quo precursor pro nobis ingressus est Iesus, se-  
cundum*

cūndūm ordinem Melchisedec, Pontifex factus  
in eternum.

Talem habemus Pontificem qui consedit ad Heb. 8.  
dextrā throni maiestatis illius caelis sanctuarij  
minister ac veri illius tabernaculi quod fixit  
Deus & non homo.

Quanto magis sanguis Christi qui per seipsum Heb. 9.  
eternum seipsum obtulit inculpatum Deo, pur-  
gabit conscientiam vestram a mortuis operibus  
ad scrutandum Deo vino?

Qui in diebus carnis sue quium deprecationes Heb. 5.  
& supplicationes apud eum qui poterat ipsum  
seruare a morte, cum clamore valido, & lacrymis  
obtulisset, & exauditus esset, &c.

Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui per Ioan. 17.  
sermonem eorum credituri sunt in me, &c.

Cum habeamus sacerdotem magnum prefe- Hebr. 10.  
etum domini Dei, accedamus cum vero corde &  
certa persuasione fidei, puris cordibus a conscienc-  
tia mala.

Si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Rom. 5.  
Deo per mortem filii eius, multo magis reconcilia-  
ti seruabimur per vitam ipsius.

Si quis peccauerit Aduocatum apud Patrem 1.Ioan. 2.  
habemus Iesum Christum iustum, & ipse est pro-  
pitatio pro peccatis nostris. Item, Misit filium 1.Ioan. 4.  
suum ut esset propitatio pro peccatis nostris, &c.

Quis est qui condemnnet? Christus is est qui Rom. 8.  
mortuus est, immo verò qui etiam excitatus est, qui  
etiam est ad dextram Dei, qui etiam postulat pro  
nobis.

Ex superioribus locis colligitur; Christū posteaquam sese pro nobis hostiam obtulit Deo, sedere ad dextram Patris: non ut seipsū rursus offerat, sed vt prorsus eos seruet qui per ipsum accedunt ad Deum, perpetuum habens sacerdotium, & semper viuens vt interpellet pro eis: & vnici sacrificij semel in cruce peracti, ac nunquam iterandi perpetua, perfectaque virtute & efficacia, eos plenissimè Deo reconciliet, qui vera fide sumum hoc beneficium recipiunt.

His igitur omnibus aggregatis, nostram  $\Delta\pi\delta\epsilon\zeta\gamma$  conficiamus in hunc modum.

$\Delta\pi\delta\epsilon\zeta\gamma$ .

Maior Pro-  
positio Aπ<sup>o-</sup>  
 $\Delta\pi\delta\epsilon\zeta\gamma$ .

Quem Scriptura dicit fuisse veteris Testamēti sacerdotibus sacrificiisq; adumbratum, & nouissimis temporibus, (Veneris Testamenti sacerdotio sublatō & ceremoniis abrogatis) noui Testamenti Mediatorem & Pontificem exhibitū: seipsum semel in cruce obtulisse & tradidisse pro nobis oblationem & victimam Deo: & factum esse sacerdotem simul & victimam, vt peccata nostra tolleret, & vnlca illa oblatione eos qui sanctificantur in perpetuum consecraret: eaque hostia oblata, in perpetuum sedere ad dextram Dei Patris, non ut seipsum rursus offerat, sed ut prorsus eos seruet, qui per ipsum accedunt ad Deum, perpetuum habens sacerdotium, & semper viuens vt interpellet pro eis, & vnici sacrificij semel in cruce peracti ac nunquam iterandi perpetua perfectaque efficacia eos plenissimè Deo reconciliet,

reconciliat, qui vera fide summū hoc beneficium recipiunt: *I*s est solus Pontifex ac verè sacerdos noui Testamenti, & eius sacrificiū semel in cruce peractum, est unicum, reale & externum sacrificium in Ecclesia Christiana: idemque unicum Propitiatorium pro peccatis nostris.

Christum Scriptura dicit fuisse veteris Testamenti minor prementis sacerdotibus sacrificiiisque adumbratum, pos. & nouissimis temporibus (veteris Testamenti sacerdotio sublato & ceremonijs abrogatis) noui Testamenti Mediatorem & Pontificem exhibitum, seipsum semel in cruce obtulisse & tradidisse pro nobis, &c.

*Quare: Christus est solus Pontifex ac verè sacerdos noui Testamenti, & eius sacrificium semel in cruce peractum, est unicum, reale & externum sacrificium in Ecclesia Christiana: idemque unicum propitiatorium pro peccatis nostris.*

Expendamus superiorem demonstratiōnem, ut facilius intelligi possit, quām sit eui demonstrationis de-  
pens & necessaria, quae sunt ab veræ de-  
monstrationis Medium non tantum descri-  
bit ac designat subiectum, nempe Christū,  
ex veris eius notis in Scriptura propositis,  
(quatenus huius loci ratio postulare visa est)  
sed etiam continet definitionem illius At-  
tributi quod de Christo dicitur. Perspicuum  
est enim ex iis locis, quibus nostra cōfessio  
firmissimē nititur: quid sit, esse Pontificem  
ac sacerdotem noui Testamenti: itēmque:  
quid sit, sacrificium reale & externum noui

Testamēti. Quæ quidem ita dicuntur per se de Christo, ut sine Christo, nec intelligi possint, nec definiri. Siquis enim querat: quis sit sacerdos ac Pontifex noui Testamenti; respondebo eum esse, quem veteris Testamenti legales sacerdotes adumbrarunt: &c. qui perpetuum habet sacerdotium, &c. atq; uno verbo: eum qui factus est sacerdos simul & victimæ pro peccatis nostris. Itémq; dicam: sacrificium reale & externum noui Testamenti esse sacram illam actionem qua Christus seipsum in cruce pro nobis obtulit Deo, ut nos ab æterna morte redimeret, & cum Deo reconciliaret. Atq; ita vides cò semper esse redeundum: illud demum esse sacrificium externum & reale noui Testamenti (si cum Scriptura loqui volumus) in quo realiter & verè idem est sacerdos & victimæ. Ex quo fit ut necessariò nobis sit subsistendū in eo sacrificio, quod semel in cruce factum est. Omnia sunt igitur reciproca in nostra démonstratione ex legibus ac preceptis demonstrandī. Nam Christus est is, quem Scriptura dicit fuisse adumbratum legalibus sacerdotibus & factum fuisse sacerdotem simul & victimam, &c. Et vicissim, Quem Scriptura dicit adumbratum legalibus sacerdotibus, & factum sacerdotem simul & victimam: is est Christus solus: Itémque Pontifex ac verè sacerdos noui Testamenti Christus solus est. Quod & retro commeat:

quans

quandoquidem, si Scripturā audimus, Christus solus est Pontifex & sacerdos noui Testamenti. Quod idem de ipsis Christi sacrificio dicendum est: ut nobis redeat superior nostra sententia: nempe Christum esse solū sacerdotē noui Testamenti & ipsius Christi sacrificium in cruce peractū, esse vnicum, reale & externum sacrificium noui Testamenti: quod erat demonstrandum.

## CAPVT III.

**O**GNITIO veritatis (inquit Augustinus) mendacium euerit: ac propterea ex superiori capite vbi sententiæ nostræ veritatem ex ipsis veritatis firmamento, hoc est, ex certissimis Scripturæ locis asseruimus: satis refellitur aduersariorum sententia. Veruntamen ut sequamur eū ordinem quē ipsi nobis proposuimus: Pontificiorum errores de Missæ sacrificio iam nobis redargundi sunt.

Pontificiorum sententia est huiusmodi: *In Missa fieri verum, reale & externum seu visibilis sacrificium, quo sacerdotes offerunt Deo corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vini: quod quidem sacrificium est propitiatorium pro peccatis nostris.*

Hanc sententiam nos ita sequentibus argumentis, exquirimus,

## I.

Missam non  
esse sacri-  
ficium legiti-  
mum.

**O** Mne legitimū sacrificium nititur expressis Scripturæ verbis, ex quibus manifestum esse possit eiusmodi sacrificium fuisse à Deo institutum. Sacrificium Missæ non nititur expressis Scripturæ verbis, ex quibus manifestum esse possit eiusmodi sacrificium fuisse à Deo institutum. Quare sacrificium Missæ non est legitimū sa- crificium: & vi consequentis rei ciendum est.

Structus est Syllogismus in 2. fig. quia negat ḥ̄ti ī 51, cuius partes iam explicandæ sunt.

**Explicatio  
superioris  
argumenti.**

Maior propositio, siquidem opus habeat probatione, satis probatur ex iis quæ alibi disputauimus in loco De verbo D. scripto aduersus hum. traditiones: atque etiamnum confirmari potest ex locis sequentibus.

Matth. 15.

*Frustra me colunt docentes doctrinas quæ sunt mandata hominum.*

Ierem. 7.

*Hoc verbum præcepi eis, dicendo: Audite vo- cem meam & ero uester Deus: vos autem eritis populus meus: & ambulate in omni via quæ præ ceipi vobis ut bene sit vobis: Illi autem non pa- ruerunt sed ambularunt iuxta voluntates suas, et iuxta libidinem cordis sui mali, &c. edificarunt excelsa Tophet, quod nunquam præceperā, neq; in cor meum ascenderat.*

Adde frequentes reprehensiones Prophe tarum quòd populus adoraret in excelsis. Item, quòd Ieroboam nouum & alienū cul tum instituisset preter verbum Dei. huc etiā spectat

spectat quod Paulus dānat ἡθελοντείαν. Et Coloss. 2:  
 eiusmodi permulta, quibus recitandis non  
 ero longior: quippe cūm Pontificij id nega-  
 re non soleant. Esset enim perabsurdū, licere  
 hominibus arbitratu suo rem diuinam face-  
 re cultūmque Dei atque imprimis sacrificiū  
 instituere. Itaque quanuis Ethnici veræ Dei  
 cognitionis expertes, passim & in vniuerso  
 terrarum orbe sacrificariint: eorum tamen  
 sacrificia Deus reiecit, eāque tantūm acce-  
 pta habuit, quæ ab ipsius Spiritu profecta  
 sunt: quemadmodum diximus in 1. cap. hu-  
 iusce disputationis.

Minorem propositionē esse verissimam,  
 perspicuum esse potest ex Scriptis Apostoli-  
 cīs. Perlegantur enim ea omnia quæ Aposto-  
 li scripsierunt: nusquam istud Missæ sacrifi-  
 cium, imò ne Missæ quidem vocabulum re-  
 peries. Nam quod Pontificij proferre solēt,  
 hæc Christi verba: *HOC FALITE*, &  
 contendūt verbū facere idem esse ac sacrifi-  
 care, cō quōd Poeta aliquando dixerit, face-  
 re vitula, pro immolare vitulam (de quo vi-  
 tulino arguento plura dicemus sequenti  
 capite, cūm Pontificiorum argumenta dis-  
 cutiemus) id non probat Missę sacrificium.  
 Ut enim omittam, apud Euangelistam non  
 agi de Missa, sed de Cœnæ Dominicæ Sa-  
 cramento: ecquis vñquam iure existimau-  
 erit illis Christi verbis contineri præceptum  
 sacrificandi? nec enim hīc quæro, An verbū

*Refutatio  
responsionis  
Pontificiorū*

facere apud Latinos: vel verbum *Aſa* apud Hebræos significet aliquando sacrificare: sed affirmo, istud complexum orationis, *hoc facite*, nusquam, nec in sacris libris, nec in Ethnicorum scriptis idem significare ac si dicatur, *sacrificate*. Voluant, euoluant omnia Pōtificij & ferant ~~versat~~, si possint. Iam eos velim mecum attendere, quām planis, expressis & dilucidis verbis sacrificia veteris Testamenti à Deo fuerint instituta, sacrificiorum ritus expositi, omnis denique sacrificiorum ratio certis legibus tam apertè sancta, vt nec de sacrificiis, nec de sacrificiorum modo dubitari vñquā posset. Cur igitur, obsecrò, si Deus sacrificium aliquod reale & externum temporibus noui Testamenti, in Ecclesia Christiana superesse voluit: de eo legem certam, verbis manifestis, non tulit? Quid? sacrificia legalia tā expressè & apertè fuisse instituta: hoc verò longè præstantissimum (vt isti quidem volunt) Missæ sacrificium, non modò non claris & disertis verbis institutum, sed ne nominatum quidem vñquam à Christo & ab Apostolis fuisse? Sequeretur: nouum Testamentum obscurius esse veteri Testamento: quod est *αθεολογιον*. Omnes enim veri Theologi fatentur, veteris Testamenti umbras exorta luce Euangelica fuisse discussas. Quum igitur Missæ sacrificium nullis vel Christi vel Apostolorum verbis fuerit institutum

tutum (tantum abest ut expressis Scripturæ verbis nitatur, quod in legitimo sacrificio esse necessarium diximus) tenet nostra conclusio: commentitium esse illud sacrificiū, & idcirco reiciendum. Ab hoc autem Syllogismo manat sequens ratiocinatio.

## II.

**S**i quoties Apostoli loquuntur de Christiano-sacrificiis, hoc est, i Christianis faciendis proponunt spiritu via tantum sacrificia, nec unquam mentionem faciunt aliquius realis & exteri sacrificij: Et nobis cum Apostolis loquendū & sentiendum est: Certe nullum externum & reale Christianorum sacrificium agnoscere debeamus.

Verum est Antecedens:

Verum igitur est consequens: & vi consequentis Missa sacrificium reiciendum est.

Huius Connexi Hypothetici consequentia eum ex superiori Syllogismo, tum etiam superioris argumenti per se satis lucet.

Affumptum patet eorum locorum inductione, in quibus Apostoli de sacrificiis Christianorum loquuti sunt.

Vt sistatis corpora vestra hostiam viuā, san- Rom.12.  
Elā, acceptam Deo, rationale cultum vestrū, &c.

Per ipsum Christum assiduè offeramus sacrificium laudis, id est, fructum labiorum confitentiū nomini eius. Heb.13.

Beneficentie & communicationis nolite obli. Heb.13.

28 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

*niscis, talibus enim victimis delectatur Deus,*

**Philipp. 4.** *Expletus sum acceptis ab Epaphroditō quae à vobis missa fuerunt, odore bona & fragrantie, hostia Deo accepta & grata.*

**Rom. 15.** *Vt sim minister Iesu Christi apud Gentes, operans Euangelio Dei, ut oblatio Gentium fiat accepta sanctificata per Spiritum Sanctum.*

**Philipp. 2.** *Si pro libamento offerar super hostia, sacrificioque fidei vestrae, gandeo & gratulor omnibus vobis.*

**1.Pet. 2.** *Ipsi quoque viui lapides edificemini, domus spiritualis sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per Iesum Christum, &c.*

**Apoc. 1.** *Fecit nos reges & sacerdotes Deo & Patri suo. Et si qui sunt loci consimiles: In quibus omnibus perspicuum est agi de Spiritualibus sacrificiis. Iam autem admonuimus in primo cap. huius disputationis de homonymia vocabuli, cum diceremus vocabulum Sacrificij non tantum usurpari propriè ad significandum verum, reale, visibile, & exterum sacrificium: sed etiam metaphorice, ut videre licet in locis proxime citatis. Quanuis autem in sanctis Christianorum operibus, quæ per similitudinem dicuntur sacrificia, ut in eleemosina, & reliquis eiusmodi, est aliquid exterum: tamen dicuntur sacrificia, non propter id quod exterum est, sed propter interiorem affectum animi: ac proinde non externa dicuntur, sed spiritualia sacrificia.*

Nec

Nec me mouet quod afferunt Pontificij: *Refutatio nempe, nihil referre, licet Apostoli vocabu-* *reponsionis* *lum ipsum sacrificij non usurparint in hac* *Pontificiorū.* quæstione: quandoquidem, inquiunt, nec Baptismus, nec Cœna Domini ab Apostolis Sacramentum appellatur. Non enim disputamus de nominibus, aut de apicibus literarum, sed de re quæ subest & significatur ipsis vocabulis. Iā quod pij maiores nostri intellexerunt Sacramenti nomine, id ipsum Apostoli de Baptismo & de Cœna Domini tradiderūt. At quod isti intelligūt nomine sacrificij, cùm Missam suam nobis explicant: pernigo usquam ab Apostolis traditū fuisse. Quare perperam faciunt, qui perinde loquuntur de suo dogmate, ac si esset simplex aliquod vocabulum: quod longè secus est. Nam corpus Christi offerri Deo ab Ecclesiæ Ministris, externo & reali sacrificio, eodemque propitiatorio pro peccatis (quod illi dicunt) non est vnum vocabulum, sed est dogma, quod nusquam extare in Apostolorum scriptis affirmamus. Sēpe quidem Apostoli sacrificia nobis commendant, sed spiritualia: sēpe victimas, hostias, oblationes proponunt, sed spirituales: nec vñquam realis & externi alicuius sacrificij à nobis faciendi meminerunt. Sunt-ne ergo Pontificij Apostolis vel perspicaciores, vel diligentiores? Quinetiam quum in Epist. ad Hebr. Apostolus de sacrificiis externis, dēq; ipso Chri-

30 DE VNICO CHRISTI SACRIF.  
sti sacrificio semel in cruce factō ita copio-  
sē differat, ut nihil suprà: num, obsecrō, de  
Missæ sacrificio, & de Christo quotidie ab  
Ecclesiæ Ministris offerendo tacuisset? atqui  
hoc esset rem maximi momenti & quæ ad  
ipsius propositum maximè pertineret, omit-  
tere: quod absit ab Apostolo accuratissimè  
in illa Epistola de sacrificiis disputante,  
*Per Christum*, inquit, *offeramus asiduè Deo*  
*sacrificium laudis*. Non dixit, *Christum offe-*  
*ramus*, sed, *per Christum*. Quia verò hæc re-  
pugnant: manifestum est, Pontificios cum  
Apostolis pugnare: & dum exterritum illud  
suum sacrificium, Apostolis incognitum, ob-  
trudūt, nec cum Apostolis loqui, nec sentire.

### III.

Dogma de  
sacrificio  
Missæ si no  
constare.

**O**Mne dogma quod secum pugnat, neque po-  
test sine contradictione explicari, ineptū est  
& ēτερόδοξον.

Dogma de Missæ sacrificio secum pugnat, ne-  
que potest sine contradictione explicari.

Quare dogma de Missæ sacrificio ineptū est  
& ēτερόδοξον: ac proinde reiciendum.

Explicatio  
superioris ar-  
gumenti.

Maiores citra controvërsiam vel ipsi Phi-  
losophi veram agnoscunt: quantò magis  
Theologi, qui norunt rerum sacerarum veri-  
tatem perpetuò οὐκ αλληλένεσται, nihilque con-  
tinere quod repugnet.

Minorem sic probamus: Quum Pontifi-  
cijs Missæ suæ sacrificium nobis exponunt,  
dicunt:

dicunt: illud sacrificium esse externum & simul affirmant, verum Christi corpus illic offerri Deo, sub speciebus panis & vini. At enim, si sacrificium est externum, est igitur visibile: Nullum autem sacrificium externū & visibile esse potest, quin id quod offertur, sit visibile. Sacrificium enim sine victima intelligi non potest. Quare si corpus Christi est inuisibile in Missa (ut volunt, quippe alie nis speciebus & externis accidentibus operatum) non est igitur visibile sacrificium: si nō visibile, certè, nec externum: In externo autem & visibili sacrificio, victimam esse inuisibilem, ne fando quidem auditum est.

Quæso, Missifice Sacrificator: quid intelligis nomine sacrificij, quum ais, Missam esse externū & verum sacrificium? te ipsum-ne, an altare tuum, an miras illas tuas cærenias, cruces centies repetitas, totam denique illam tuam visibilem actionem? At ista omnia sacrificiū non faciunt. Corpus Christi, *Refutatio inquis, est victima. Audio: Sed: corpus Christi est ne externum?* *responsionis Pontificiorū.* consule ipsos sensus rerum externarum indices, & illi pro te negabunt. Panis, inquis, accidentia videntur, & externa sunt. Certè: sed, aut panis accidentia offers Deo (quod negas) aut offers visibile sacrificium sine visibili victima (quod non potes) aut, visibile, &, inuisibile, externum, &, internum de uno eodemque affirmas.

Secundò: ipsa verba quæ ad conficiendum

istud Missæ sacrificium adhibentur, pugnant  
cum eorum sententia. Sic enim inquiunt.

*Ex Canone Misæ.* Te igitur clementissime pater per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas & benedicat hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata: imprimis qua tibi offerimus pro Ecclesia tua, &c.

*Ipsa Missa missaticos sacrificulos refedit.*

Quam aptè rogetur Deus per Christum, ut Christum oblatum recipiat, viderint sacrificuli Pontificij, aut pro iis (vix enim presbyterculi illi quotidiani, vel ipsa vocabula legere possunt, nedum intelligere) viderint magni eorum & cucullati Doctores. Item, satis ne piè rogent, ut Deus Pater Iesu Christum Filium suum acceptum habeat. Itē, An non hæc sit blasphemia potius quam precatio, ut Deus benedicat hæc dona: dicūt enim se Christum offerre. Item: si (quemadmodum vigilantes somniant) offerunt illud ipsum sacrificium quod Christus obtulit: cur ergo, sacrificia, dicunt numero multititudinis? Sed tantisper dum solutionem querent, nos iam alia consimilia audiamus.

*Dic Pasch. in Secretis Misæ.* Suscipe Domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum, &c. Item:

*Ex Missa pro defunctis.* Hostias quas tibi pro animabus famulorum, famularumque tuarum offerimus. Item:

*In Secretis.* His sacrificiis, Domine, placatus, suscipe animam famulæ tue à peccatis exutam, &c. Item:

Propitiare quæsumus, Domine, animæ famuli  
tui

*Tu pro qua tibi hostias placationis offerimus. Itē:*

*Hostias tibi, Domine, humili supplicatione pro Ibid.  
anima famuli tui deferimus, ut per hæc salutis  
nostræ sacrificia perpetuā lucis beatitudinis mi-  
sericordiam consequantur. Quibus superiori- Missalis cora  
bus aduersatus sequens eorum precatio. traditio.*

*Pro animabus famulorum, famularumque tua- Ibid  
rum hostiam, Domine, suscipe benignus oblatam,  
ut hoc sacrificio S I N G V L A R I, Vinculis  
horre de mortis exuti vitam mereantur aeternam.*

Sic Tridentina Synodus Missæ sacrificium sessione 6. in  
~~vetat~~ singulare. proæmio.

Hic valde æstuant Pôtificij: Quidam enim, Pontificij sub  
ed quod verba illa Canonis præcedunt con- terficii que  
fecrationem, per dona, munera & sacrificia rentes, nec in  
intelligunt substantiam panis & vini: atque  
ita suæ sententiae de Missæ sacrificio renun- nientes, nec invenientes.

tiuant: sequeretur enim, nō Christum ipsum,  
sed panem & vinum offerri Deo in Missa, id  
que (ut sequitur in eorum precatione) pro  
animatorum redemptione, quo vix aliud quic-  
quam detestabilius dici potest. Alij exponunt  
verbum præsens pro futuro, quoniam, in-  
quiunt, mox futura est Transsubstantiatio: ac  
proinde verba illa de corpore & sanguine  
Christi exponunt. Sed corpus & sanguinem  
Christi, adeoque Christū ipsū dici, hostias,  
non, hostiam: sacrificia, non, sacrificiū, ante  
illa Missæ secreta, inauditū fuit. Videant e-  
tiam quām bellè hæc sententia de corpore &  
sanguine Christi conueniat cū sequentibus.

*Ex Canon. missa.* *Quam oblationem tu Deus in omnibus qua-  
sumus benedictam, ascriptam, ratam, rationabi-  
lem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis  
corpus & sanguis fiat dilectissimi filii tui Iesu  
Christi. Hæc illi. Sed si oblatio iam est cor-  
pus, cur rogant, ut fiat corpus? Item.*

*Ibid.* *Munera quæsumus, Domine, oblata sanctifi-  
ca. Item.*

*Ibid.* *Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere  
digneris, & accepta habere sicut accepta habere  
dignatus es munera pueri tui iusti Abel & sa-  
crificium Patriarchæ nostri Abrahæ. Item.*

*Ibid.* *Supplices te rogamus Omnipotens Deus, iube  
hæc perferriri per manus sancti Angeli tui in subli-  
me altare tuum, in conspectu Diuinae maiestatis  
tuae, &c.*

Si hæc dona, hæc munera, hæc sancta sa-  
crificia illibata, sunt corpus & sanguis  
Christi, adeoque ipse Christus: cur rogant,  
ut Deus hæc munera oblata sanctificet?  
Quid? videtur-ne illis corpus Christi sancti-  
ficandum, vel Christus ipse sanctificandus?  
Quid, quod rogant (siquidem hæc interpre-  
tatio vera est) ut Deus corpus & sanguinem  
Christi & Christum ipsum acceptabile hab-  
beat? Ergo-ne Pontificij sacrificuli se me-  
diatores pro Christo apud Deum consti-  
tuunt? Imò ut Deus istam oblationem ac-  
ceptam habeat, Sanctorū merita proferunt,  
quoties in honorem Sanctorum Missas suas  
celebrant. Hoc autem viderint satis-ne sibi

cōsentiat: videlicet celebrare Missas in memoriam Sanctorum, in quibus hæc verba Christi recitant. *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.* Porrò: cur corpus & sanguinem Christi in cœlum (vbi Christus est) deferri volunt per manus Angeli? De- *Missales con-*  
*nique potest-ne dici quicquam absurdius,* *traditiones*  
 dum rogant ut corpus Christi Deus acceptum habeat, quemadmodum olim accepta habuit Abelis & Abrahami sacrificia? Ex-  
 placent omnia sua sophismata Pontificij, &  
 quantumuis licet omnia suarum distinctio-  
 num præsidia conquerant: nunquam se pro-  
 fecto ex his laqueis expedient quos ipsi in  
 sese contexuerūt. Quod enim aliquando de  
 Heraclito & Anaxagora vulgo dictum est, i-  
 psorum sententias seipfas tollere, id verissi-  
 mè de Pontificiis dici potest, Missæ sacri-  
 cium defendantibus: iisdemque Missæ sa-  
 crificium euertentibus.

## III.

**O**MNE dogma cuius àrticulat & contradi- *Dogma de*  
*ctio dilucidis expressisque verbis extat in Missæ sacri-*  
*Scriptura, ab omnibus Christianis constanterre-ficio àrticul*  
*pudiandum est.* *Scriptura;* *articulæ oppo-*

*Dogma de sacrificio Missæ est eiusmodi, ut* *ni expressis*  
*eius àrticulat & contradicatio dilucidis, expres-* *Scriptura;*  
*sisq; verbis extet in Scriptura.* *verbis.*

*Quare, dogma de sacrificio Missæ ab omni-  
 bus Christianis constanter repudiandum est.*

*Explicatio  
superioris  
argumenti.*

Maioris propositionis veritas in prom-  
ptu est.

Minor sic probatur. Ex illo dogmate se-  
quitur Christum toties offerri Deo, quoties  
Pontifici suum illud Missæ sacrificium ce-  
lebrant. Cui *aduicati nō* opponuntur sequé-  
tes loci.

*Hebr. 10.*

*Sanctificatus per oblationem corporis Ie-  
su Christi semel [factam.]*

*Ibid.*

Omnis sacerdos adstat quotidie operans, &  
eadem sepius offerens hostias, quæ nunquā pos-  
sint auferre peccata: hic vero una pro peccatis  
oblata vi clima, in perpetuum sedet ad dextram  
Dei id quod superest expellat, donec inimicie eius  
scabellum pedum eius fiant. *V*nica enim oblatio-  
ne consecravit in perpetuum eos qui sanctifican-  
tur.

*Hebr. 9.*

*Non ut sape offerat semetipsum, sicut Ponti-  
fex ingreditur in sacrarium quotannis cum san-  
guine alieno (alioquin oportuisset eum sape pas-  
sum fuisse à condito mundo) sed nunc semel in  
consummatione seculorum ad abolendum pecca-  
tum per immolationem sui ipsius patefactus est.*

*Ibid.*

*Vt statutum est omnibus semel mori, postea  
vero iudicium: ita & Christus semel oblatus ut  
multorum peccata tolleret, altera vice absq[ue] pec-  
cato conficietur iis qui ipsum expectant ad sa-  
lutem.*

*Ibid.*

*Christus per proprium sanguinem ingressus est  
semel in sacrarium, eternam redemptionem na-  
tus.*

*Talis*

Talis nos decebat Pontifex cui non sit quoti- Heb. 8.  
die necesse, quemadmodū uis Pontificib'us prius  
pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro  
peccatis populi: id enim fecit semel quum semet-  
ipsum obtulit, &c.

Quamobrem cùm hæc repugnant: Obla-  
tio Christi uника: &, Oblatio Christi non  
unika: item, Oblatio semel facta &, Obla-  
tio non semel facta, sed quotidie facienda:  
Itémque Christus semel oblatus: &, Chri-  
stus non semel sed sëpe oblatus: cff citur  
necessariò, dogma istud Pontificium con-  
tradicere Scripturæ, ac propterea falsissi-  
mum esse: quandoquidē eius *avilipacorū*, quæ  
in Scriptura continetur, est verissima.

Hinc ut sc̄e expediant Pontificij, variis Refutatio  
subterfugiis vtuntur. Nam aliquand distin responsoriis  
ctionem hanc adhibent, vt dicant, oblatio- Pontificiorū  
nem Christi quæ sit in Missa, nō esse prima-  
riam illam oblationem, quam Christus se-  
mel fecit in cruce, sed esse oblationem com-  
memoratiuam, & repræsentatiuam. Quod  
si ita est, relinquitur, vt ista Missalis oblatio  
non sit vera & realis oblatio corporis Chri-  
sti: sed tantum veræ & realis oblationis cō-  
memoratio. Nam quod est alicuius rei com-  
memoratiuum: non est ipsa res cuius com-  
memoratiuum est: alioqui sequeretur præ-  
teritum tempus & præsens idem esse: quod  
nesciò an Pontificij tueri velint. Ecce autem  
& alia distinctio à Pōtificiis proposita: Ob-

*In syn. Tri-  
dent. sejj. 6.* lationem quæ sit in Missa eandem esse obla-  
tionem cum oblatione quæ in cruce facta  
est: sed tantum differre modo & ratione.  
Quo vix quicquam dici potuit imperitius.  
Etenim is est modus oblationis Christi, ut  
semel & ab ipso Christo tantum fieri potue-  
rit, quemadmodum ex Apostolo antè audi-  
uimus: & cùm ille modus necessariò insit in  
oblatione Christi: si quis eam consideret si-  
nc hoc modo, ille profectò negabit ipsum  
esse ipsum, quam ignorantiam Philosophi  
crassissimam esse tradiderunt. Atque ut ma-  
gis pateat quām Pontificij, dum subtilissimi  
videri volunt, telam araneæ texant (ut hoc  
mutuer. à Chrysostomo) atque etiam ipsam  
artem rectè differendi violent, in qua tamen  
excellere videri volunt: quædam addamus  
ad faciliorem huius rei explicationem.

*Pontificij re-  
felluntur ab  
ipsa scientia  
peritè dispe-  
rendi, quam  
sibi solent  
vendicare.* Vnius eiusdemque substantiæ plures ac  
varias esse, tum Actiones, tum Passiones e-  
tiam sine τρόπῳ παιδείᾳ, auxilio facile cuiuslibet  
perspicuum esse potest. Rursus vnius eius-  
démque hominis esse tum Actiones tū Pas-  
siones, easdem quidem specie, sed numero  
plures. Ut, si quis dicat eundem hominem  
sapientius ambulare. Denique quædam sunt A-  
ctiones & Passiones eiusmodi ut sint singu-  
lares, nec unquam possint iterari: ut, natu-  
ritas, mors & resurrectio Christi, quarū hæc  
est natura, ut semel tantum fieri potuerint.  
Nam ipsa Christi oblatio, de qua disputamus,  
neces-

necessariò ipsius mortem includit: dicitur enim semetipsum obtulisse Deo pro nobis, quia pro nobis mortuus est: Et affirmo nusquam in Scriptura Christū dici offerri Deo, nisi ratione eius mortis, ut infrā copiofūs dicemus. Quare si mortem tollis, simul tollis oblationem Christi, quæ sine morte esse non potest. Mors enim est necessarius modus huiusc oblationis. Ex quo fit ut Actio Christi, nempe oblatio, simul inferat eiusdem Christi Passionem: cùm sit Actio Christi patientis. Quamobrem, videntur Pontificij ex Actione & Passione singulari facere speciem quandam Actionis, cuius speciei, plures Actiones numero esse possint: τὸ δὲ τὸ cū τῷ ναῷ ἀλλα confundentes. Quod si dicant lib. 5. prim. esse eandem subiecto: erit igitur eadem numero, ut Philosophi tradiderunt. Atque ita, si Deo placet, vna Christi oblatio, & centū millia Missarum, erunt vna numero oblatio. Ex quibus intelligitur, Pontificiorū distinctiones, tum Theologiæ, tum ipsi τρόπῳ παρέδεις, ita aduersari, ut nulla ratione stare possint.

## V.

**N**Vllum dogma quo legalium ceremoniarum Dogmata de umbrae revocantur recipiendum est. sacrificio  
Dogma de externo & reali Missæ sacrificio Missæ legalis est eiusmodi, ut eo legalium ceremoniarum umbras reuocari.

40 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

*Quare dogma de externo & reali Missa sa-  
crificio recipiendum non est.*

*Explicatio* Maioris propositionis veritas s̄epe extat  
*super. argu-* in scriptis Apostolicis, ut Galat. 5. Coloss. 2.  
*menti.* Hebr. 7. 8. 9. 10. 12. 13. &c. nec eam Pontificij  
solent in dubium reuocare.

Minorem sic probamus. Sacrificia exter-  
na & realia spectasse ad legis p̄dagogiam  
& ad umbras veteris Testamenti, manifestū  
est ex libris Mosis: Adde luculentissimam  
*Heb. 9.* doctrinam Apostoli in epist. ad Heb. vbi te-  
statur externa illa usque ad tempus corre-  
ctionis fuisse imposita: hoc est, durasse usque  
ad aduentum Christi, ac tunc fuisse abroga-  
ta. Quod si usum externorum sacrificiorum  
reuoces: nonne ad veterem Legis p̄dago-  
*Refutatio* giam regredieris? Non reuoco, inquis, lega-  
*responsionis* lia sacrificia. Nempe ita dicis. Verum: quid  
Pontif. iuuat nominis mutatio, cum res ipse prope-  
modum eadem esse videantur? Age, dispi-  
ciamus quām propē Missa vestra ad legales  
cæremonias accedat. Nunc enim idola ve-  
stra & sexcenta eiusmodi prætermitto, qui-  
bus non iam Veteris Testimenti cæremo-  
nias, sed ipsorum Ethnicorum ritus, magno  
piorum omnium gemitu, estis imitati.

*Comparatio* Legalium cæremoniarum temporibus,  
*missæ cum* Tabernaculum velo distinctum fuit: In tem-  
*legalibus ce* plis vestris, sacerdotes, quos vocatis, ab re-  
*remoniis.* liquo populo cancellis & locorum discri-  
*Vide Exod.* mine separantur. In legali Tabernaçulo al-  
*et Lemn.* tare

tare fuit: Vos non vno, imò ne pluribus qui-  
dem altaribus, estis contenti. In Tabernacu-  
lo fuit candelabrum cum lampadibus: Tem-  
pla vestra candelabris & lampadibus collu-  
cent. Illic sacerdos ab aliis certo & præscri-  
pto vestimenti genere differebat: Vestri sa-  
cerdotes præscriptarum vestium amictu &  
tunicis talaribus inuoluti non nisi lento  
passu in medium prodeunt. Illic sacerdotes  
offerebant tam pro suis quām pro populi  
peccatis: Apud vos qui sacerdotes dicuntur,  
tam pro se quām pro tota Ecclesia sacrifici-  
cium se Deo facere profitentur. Quid thuri-  
bula, suffimenta, & reliqua eiusmodi com-  
memorem, quæ vos à legalibus cæmoniis  
ad commentitia illa vestra sacra perperam  
traduxistis? Atque vt ad Missam vestram ac-  
cedam: adeò vos hīc delectat præpostera il-  
la veteris legis imitatio, vt ipsum etiā Missæ  
nomen velitis ex lege deriuatum: nempe ex  
Hebraico vocabulo Missa (quod sufficien- Deut. 12.  
tiam significat) licet, Missa, Latinum esse  
vocabulum nemo vel mediocriter eruditus  
hactenus ignorauit. Cur autem Missam à  
sufficientia diætam esse existimetis, non vi-  
deo: cùm amplius centies centena Missarum  
millia nec viuis nec mortuis (siquidem vo-  
bis fides habenda est) hactenus suffecerint.  
Quinetiam si quis legales illos ritus in me-  
moriā reuocet, quos Hebræi, Teruma, &  
Tenupha vocarunt, quum videlicet oblatio-

vel ex azyma conspersione, vel ex frugum primitiis & rebus aliis siebat, & res oblata sursum tollebatur à sacerdote, & variè mouebatur, qua postea sacerdos ipse vesceretur: ac postea consideret quid in Pontificiorum Missa fieri soleat, dum illi tollunt, mouent, ac variè tractant agitantque sua illa accidentia sine subiecto: is profectò Pontificiorum Iudaizantiū *ναοῦ θυσίας* facile animaduertet. Quapropter, cùm & ipsum sacrificij externi nomen, & ipsi Missæ ritus, proximè accedant ad cærimonias veteris Testamenti, & legalibus umbris lucem Evangelicam obscurent: manet quod diximus: dogma istud de Missæ sacrificio non esse recipiendum.

*Missam non  
esse sacrifici-  
arium propi-  
etatorium pro  
peccatis.*

*Ioan. 19.*

*Heb. 5.*

*Heb. 10.*

*Heb. 9.*

*z Ioan. 4.*

## V I.

**S**i in Missa sacrificium sit propitiatorium pro peccatis: ergo (quod absit) stare non possunt hæc Christi verba:

*Consummatum est: quod idem de his Apostoli verbis dicendum est.*

*Et consummatus factus est auctor salatis alterius omnibus qui ipsi auscultant.*

*Vnica oblatione consummantur in perpetuum eos qui sanctificantur.*

*Christus semel oblatus ut multorum peccata tolleret.*

*Deus misit filium suum ut esset propitiatio pro peccatis nostris.*

*Delens*

*Delens quod aduersus nos erat chirographum Coloss. 2.  
ipsum è medio sustulit affixum cruci.*

*Qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.* Heb. 10.

*Quod mortuus est, peccato mortuus est semel.* Rom. 6.

*Christus pro peccatis semel passus fuit: Justus 1 Pet. 3.  
pro iniustis ut nos ad Deum adduceret.*

*Consequens est falsissimum & blasphemum:*

*Falsissimum igitur & blasphemum est Antecedens.*

*Et vi Consequentis: sacrificium Missæ reiciendum est.*

Connexi Hypothetici consequentia patet. Nam si unico Christi sacrificio in cruce superioris facto peccata deleta sunt, nobisque Deus redditus est propius: ipse etiam Christus clarissimis verbis in cruce testatus est, se tamen ea omnia absoluisse quæ ad offerendum pro peccatis nostris sacrificium pertinebant: certè nullis aliis sacrificiis locus supereft, quæ sint propitiatoria pro peccatis. Idque manifestè constat ex natura perfectionis, quam verba à Christo & Apostolis usurpata significant. Quod enim semel perfectum est, non fit adhuc: & quod adhuc fit, non est perfectum. Porro Christi sacrificium in cruce factum, absit ut imperfectum, contra tota Scriptura testimonia, dicamus. Quod si perfectum est, quid opus est alio sacrificio propitiatorio pro peccatis? Præterea si chirographum quod aduersus nos erat, ita è medio sublatum

44. DE VNICO CHRISTI SACR. P.

est, ut cruci fuerit affixum; sequitur nulli alijs sacrificio quam unico sacrificio in cruce facta remissionem peccatorum nostrorum, & ipsam pro peccatis propitiationem esse tribuendam: Vrget enim vocabulum *AFFIXUM*: adeo ut frustra conentur Pontificij remissionem peccatorum soli cruci & passioni Christi affixam, inde detrahere, ut eam suae Missae sacrificio perperam affigant.

*Refutatio  
responsionis  
Pontificis.*

Respondent: duos esse gradus remissionis peccatorum. Vnum, ut Deus velit reconciliari, quantum in ipso est. Alterum, ut efficaciter homines in gratiam recipiat, accedente eorum fide & pœnitentia. Priorē gradum esse in ipso mortis Christi sacrificio: Posteriorem verò in Missae sacrificio inesse. Atque ad huiuscē distinctionis confirmationem proferunt 2. Cor. 5.

*Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata ipsorum.* Et paulò post:

*Reconciliamini Deo.*

Ex hac Pontificiorum responsione ita Missae sacrificium evertimus. Posterior gradus remissionis peccatorum ab illis assignatus, nihil aliud est quam applicatio sacrificij Christi ad singulos homines: ut perspicuum est ex ea definitione quam afferunt: & ex Apostoli loco quem citant. Nam perinde est ac si dic̄it, tunc nos sacrificij Christi ac tanti beneficij esse participes, quum ipsum vera fide

fide recipimus: quemadmodum ex Apostoli doctrina, tum fruimur reconciliatione per Christum facta, quum percepta Euangelij prædicatione, re vera, cum Deo reconciliatur. Quinetiam Tridentina Synodus definit, Missæ sacrificium fuisse institutum, *Vt,* inquit, *cruenti sacrificij salutaris virtus in remissionem eorum que à nobis quotidie committuntur peccatorum applicaretur.* Hactenus Synodus. Iam nos igitur ita cōcludamus: Si applicatio sacrificij propitiatorij non est ipsum sacrificium propitiatorium (nam qui rem cum rei applicatione confundit, is laborat *apposita davoīat*) & in Missa est posterior ille gradus applicationis (quemadmodum ipsi Pontificij definiunt) sequitur, in Missa non fieri sacrificium propitiatorium pro peccatis. Vrgeamus enim locum Apostoli, hoc modo.

*Deus, inquit, reconciliavit nos sibi per Iesum Christum, deditq; nobis ministerium reconciliatiōnis.* Item.

*Locus à Pontificiis, citatus in ipsis rectorquetus.*

*Posuit in nobis* (inquit) *sermonem reconciliationis.* Itaque nomine Christi legatione funginatur velut Deo exhortante per nos: oramus Christi nomine, reconciliamini Deo. Fecit enim ut qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum esset, ut nos efficeremur iustitia Dei in illo. Hec Apostolus. Cūm autem reconciliatio cum Deo sit effectum sacrificij Christi: duo colligo ex his Apostoli verbis. Vnum: Pastores Ecclesiarum

46 DE VNICO CHRISTI SACRIFICO  
esse ministros applicationis sacrificij Christi: hoc est, ministros, non faciendi (ut isti volunt) sed applicandi illius sacrificij cuius virtute cum Deo reconciliamur. Alterum: ipsam applicationem fieri, non sacrificando Christum (quod somnium est Pontificiorū) sed docendo, monendo, hortando, iis denique præstandis omnibus quæ ad Euangelicā prædicationem pertinent. Sic enim Paulus, *Dedit, inquit, nobis ministerium reconciliationis.* Itémque, *Posuit in nobis sermonem reconciliationis, nomine Christi legatione fungimur.* Et rursus, *Oramus Christi nomine: Reconciliamini Deo, &c.* Itaque non dicit Apostolus: Sacrificamus Christū pro vobis (quin potius nos reuocat ad vnicum Christi sacrificium, qui ait Christum pro nobis factum esse peccatum, id est, oblationem pro peccato) sed: oramus, monemus, hortamur, ut cum Deo reconciliemini: nempe ut summum hoc, per Euangelij prædicationē vobis oblatum beneficium, qua decet fide ac reverentia recipiatis. Porrò, haec etiam in parte sibi contradicunt. Cū enim velint sacerdotem tam pro seipso quam pro aliis sacrificare: cūque vetent ad altare accedere nisi post peccatorum confessionem & absolutionem: quomodo, respectu sacerdotis sacrificium istud propitiatoriū pro peccatis esse potest? Ulterius etiam progredior, & affirmo, hoc commento ruere aliud Pontificiorum commentum

*Missales &c.  
prædictiones.*

mentum de pœnitentia, indulgentiis, & clau-  
rium potestate. Tradunt enim in pœnitentiæ  
sacramento (quod vocat) merita Christi dis-  
pensari à sacerdotibus, & ita pœnitentibus  
applicari ut planè à peccatis liberentur. Ob-  
secrò, si hæc vera sunt, quorsum ergo ista Missæ  
sallis applicatio, quam isti vocant sacrificium  
propitiatorium pro peccatis? Denique, ut  
error alius alium trudit, quum dicunt homi-  
nes in gratiam recipi per Missæ sacrificium,  
accedente eorum fide: tollunt quod alibi af-  
firmat de opere (ut ipsi quidem loquuntur)  
operator: quod imprimis in Missæ sacrificio  
commendant. Maneat igitur nostra conclu-  
sio: nempe unicum Christi sacrificium in  
cruce pro nobis oblatum ita fuisse perfectum,  
suisque omnibus numeris absolutum, ut rur-  
sus fieri neque debeat, nec etiam possit: ac  
propterea id esse falsissimum quod Pontifi-  
eij de Missæ sacrificio propitiatorio so-  
mniarunt.

## VII.

**S**i in Missa fit sacrificium propitiatorium pro ~~missam non~~  
peccatis: ergo (quod absit) irrita sunt hæc  
Apostoli verba:

*Vbi est peccatorum remissio, non est amplius  
oblatio pro peccato.* Heb. 10.

*Purgatione peccatorum nostrorum per seipsum* Heb. 1.  
*facta sed sit ad dextram Maiestatis in excelsis.*

*Consequens est impium.*

*Impium*

*Impium igitur est Antecedens : Et vi Consequentis sacrificium Missæ reiiciendum est.*

*Explicatio  
superioris at  
gumenti.*

Connexi Hypothetici consequentia manifesta est: quia verba Apostoli ἀγιοπατικῶς opponuntur iis quæ Pontificij de suo sacrificio proponūt. Nam Apostolus post remissionem peccatorum, quam Dominus noster Iesus Christus pretioso suo sanguine nobis comparauit, negat amplius esse oblationem pro peccato, quod Pontificij affirmant.

*Refutatio  
responsionis  
Pontificiorū.*

Recurrunt illi ad distinctionem primariæ oblationis, & commemorationiæ, quam nos iam antè refutauimus. Addo etiam: istam distinctionem pugnare cum Apostolo qui oblationem Christi, vnicam esse, in illo ipso loco, affirmauit. Quod autem dicitur primarium, cùm ad id referatur quod secundariū est, vnicum esse non potest. Quare cùm ex hac inepita (ne quid grauius dicam) Pontificiorum distinctione sequatur, plures esse Christi oblationes: Scriptura verò doceat, vnicam esse Christi oblationem: tenet superior nostra Conclusio. Quid, quod ista distinctione est extra propositum huiusc oblicationis? Quero enim, annon ea Christi oblatione, quam vocant primariam, compara sit peccatorum remissio? Credo nō negaturos, ne innumerabiles Scripturæ locos expungere velle videantur. At si est remissio peccatorum: non amplius est oblatio pro peccato, inquit Apostolus. Quorsum igitur hæc

hæc distinctione? Expecto sane dum dicant remissionem peccatorum unam esse primariam, & alteram secundariam: ac tum huius distinctionis rationem ab illis postulabimus.

## VIII.

**S**i in Missa sit vera, realis & externa oblationis corporis & sanguinis Christi: ergo vera & corpus & sanguinem Christi non offerri.

Consequens est falsissimum.

Falsissimum igitur est Antecedens. Et vi consequens sacrificium Missæ reiciendum est.

Connexi Hypothetici consequentia sic explicatio probatur. Scriptura docet, Christum se pro superioris argumenti nobis obtulisse Deo, quia pro nobis mortuus est, ut patet ex sequentibus locis.

*Id fecit semel quum semetipsum obrulit.* Heb. 7.

*Quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum eternum seipsum obrulit inculpatum Deo purgabit conscientiam vestram, &c.* Heb. 9.

*Neque ut sepe offerat semetipsum, &c,* Ibid.

*Christus semel oblatus ut multorum peccata tolleret.* Ibid.

*Qui tradidit est propter peccata nostra, & ex- citatus est propter iustificationem nostri.* Rom. 4.

*Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, &c.* Rom. 8.

*Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, &c.* Galat. 2.

*Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum* Ephes. 5.

50 DE VNICO CHRISTI SACRIP.

*pro nobis oblationem & victimam Deo.*

I. Id. *Christus dilexit Ecclesiam & semetipsum tradidit pro ea.*

Ioan. 10. *Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro oibis.*

Galat. 1. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.*

x Timo. 2. *Qui semetipsum dedit redemptionis premium pro quibus suis.*

Tit. 2. *Qui dedit semetipsum pro nobis.*

Hebr. 10. *Quia voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi.*

Heb. 9. *Neque ut saepe offerat semetipsum, &c. alioquin oportuisset eum saepe passum fuisse, &c.*

Ex his & consimilibus locis (quos in hac distinctione saepius repetere & inculcare cogimur) efficitur: Christum ex usu Scripturarum, non alia ratione dici offerri Deo, nisi propter veram ac realem ipsius mortem: adeo ut huius locutionis: Christus oblatus est, necessariò hic sit sensus: Christus mortuus est. Affirmo nunquam aliter Scripturā loqui: ferat <sup>1525</sup> Pontificij, si modo possint. Quamobrem si Christus verè offertur in Missa; Christus in Missa verè occiditur: quod absit. Christus enim non amplius moritur: Mors illi ultra non dominabitur, inquit Paulus.

R<sup>e</sup>s<sup>f</sup>u<sup>c</sup>t<sup>io</sup>n<sup>is</sup> R<sup>e</sup>s<sup>f</sup>on<sup>s</sup>to<sup>n</sup>is P<sup>o</sup>n<sup>t</sup>ific<sup>e</sup>. Respondent sacramentalem fieri immolationem Christi in Missa: propterea quod, inquiunt, vi transubstantiationis separatum conficitur corpus: & separatim sanguis etiam conficitur: licet, propter concomitantiam,

tiam, non separantur. At nos Scripturæ locū poscebamus: quorsum igitur peregrina ista & commentitia transsubstantiatio? Quis enim non videt transsubstantiationem sacrificio minime conuenire? Nam in sacrificio nō conficiebatur: hoc est, nō siebat: sed conficiebatur, id est, occidebatur victima. Volunt autem sua transsubstantiatione facere corpus illud Christi quod offerant. Quid igitur habet illa cum sacrificio commune? Ceterum hæc distinctio, & secum pugnat, & ipsam Pontificiorū sententiam euertit. Nam *Missalis contradictione,* corpus & sanguinem separatim confici, &, propter concomitantia corpus à sanguine non separari: hæc duo ἀντιφατικῶς & contradictoriè dicuntur. Rursus si sacramentalis est: non igitur vera est immolatio. Quia sacramentale relatè dicitur, referturque ad τὸ ἀληθινόν & ad eam veritatē cuius signum continet. Quod si idem est, & sacramentū, & veritas: iam periiit utriusque elatio, quæ non potest esse sine duobus distinctis terminis. Adhuc si propter transsubstantiationem immolatio Christi in Missa dicitur sacramentalis: sequitur, transsubstantiationē esse sacramentum. Atqui: sacramentum est visibile: ista vero transsubstantiatio quam fingunt Pontificij, est planè inuisibilis: imo nō modò non corporis, sed ne animi quidem atq; intelligentiæ oculis hactenus unquam patuit: quippe cuius rationem transsubstan-

tiationis parentes nec intelligunt ipsi nec aliis vñquam intelligibilem reddere potuerunt: quemadmodum nos, si Dominus concesserit, peculiari hac de re instituta disputatione aliquando probabimus. Ad summam: nihil respondent Pontificis; quia proferunt testem, qui alio teste opus habet (absit enim ut somnium illud transsubstantiationis admittamus) &, quod etiam grauius est, haec distinctio sacramentalis immolationis, quam sufficiunt Missæ sacrificio, confirmat nostram sententiam, nedum eam euertat. Nam si oblatio dicitur propter immolationem: & immolatio est sacramentalis: est igitur sacramentalis quoque oblatio, ac propterea non vera, nec realis: quod isti dicunt, & nos impugnamus. Fortè tamen videri possint non incommodè planè immolationem ad suam transsubstantiationem referre: quandoquidem ea iampridem in causa fuit, cur innumerabiles homines veram de Cœna Domini doctrinam amplexi, in tota propemodum Europa, gladiis, flammisque immolati fuerint:

*Quodnam  
immolatio-  
nis genus  
Missæ con-  
ueniat.*

## IX.

*In Missa Christi mō* **S**i haec est natura veri & externi sacrificij, ut victimam immutetur: & Christus iam immutari non potest: Certè Christus nō potest in Missa sacrificari.

*V*erum est Antecedens.

*V*erum igitur & consequens: Et vi consequen-

*is sacrificium Missæ commentitium est.*

Connexū Hypotheticū satis per se lucet. *Explicatio,*  
Assumptū habet duas partes. Prior, nempe *superioris*  
in sacrificio victimam immutari, probatur *argumenti*.  
ex iis omnibus locis qui agunt de sacrificio-  
rum externorum ritibus, ut Exod. 29. Luit.  
1. 2. 3. &c. patet etiam eorum omnium exem-  
plis qui vñquam sacrificia externa & victi-  
mas Deo obtulerunt. Posteriorem Assumpti  
partem: videlicet, Christum iam esse omnis  
mutationis expertem, nemo Christianus ha-  
ctenus negavit.

Rursus illi ad suam transsubstantiationem  
tanquam ad asylum refugiunt, ac respondēt,  
in suo sacrificio mutationem quoque fieri:  
quia substantia panis & vini (inquiunt) mu-  
tatur in corpus & sanguinem Christi. At e-  
nim si ita sit substantia, igitur panis & vini c-  
rit illa victimā, quæ offertur; non autē cor-  
pus & sanguis Christi: quod tamen illi vo-  
lunt. Nam isthæc mutatio, non accideret  
Christo, sed pani: ac proinde panis ipse esset  
victimā. Versent se in omnes partes Ponti-  
ficij: ex his tamē duobus incommodis sem-  
per in alterum incurrent: aut, panem sacri-  
ficari & offerri Deo (quod nolunt:) aut,  
Christo mutationē accidere: (quod absit.)  
Ecce quemadmodum Pontificij sine Scri-  
pturæ gubernaculo nauigantes, ea tempesta-  
te iactentur, ut omnino, aut in Scyllam inci-  
dant, aut in Charybdim.

## X.

*In Missa Christū non sacrificari.* **S**i quotidie Christus in Missa sacrificatur: ergo Christus quotidie sati facit pro peccatis nostris.

Consequens est falsum.

Falsum igitur Antecedens: Et vi consequentis, Missa sacrificium reiciendum est.

*Explicatio superioris art.* Connexi Hypothetici consequentia probatur ex his locis.

*gumenti.* **Q**ui traditus est propter peccata nostra, &c.

**R**om. 4. **Q**ui semetipsum dedit redemptionis pretium

**i** Tim. 2. **p**ro quibus suis.

**H**ebr. 10. **S**anctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.

**R**om. 5. **S**i quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filii eius: multo magis reconciliabimur per vitam ipsius.

**R**om. 8. **D**eus misso suo filio conformato carni peccato obnoxie, de peccato damnavit peccatum in carne.

**2 Cor. 5.** **F**ecit ut qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum esset; ut nos efficeremur iustitia Dei in eo.

**1 Cor. 15.** **T**radidi vobis Christum mortuum esse pro peccatis nostris.

**G**al. 1. **Q**ui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos è praesenti seculo malo.

**Ephes. 1.** **I**n quo habemus redemptions per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.

**C**ol. 1. **P**lacuit, pace per sanguinem crucis eius facta, per

*Eta, per eum reconciliare nos sibi, &c.*

*Vos quondam ab alienatos & hostes nunc sa- Ibid.  
nè reconciliavit in corpore carnis sue per mor-  
tem, &c.*

*Purgatione peccatorum nostrorum per seip- Heb. 1.  
sum facta, sed ad dextram maiestatis illius ex-  
celssissime.*

*Nunc semel in consummatione seculorum ad Heb. 9.  
abolendum peccatum per immolationem sui ipsius  
patefactus est.*

*Vnica pro peccatis oblata viuim i in perpetuum Heb. 10.  
sedet ad dextram Dei.*

*Qui peccata nostra pertulit in corpore suo su- 1. Pet. 2.  
per lignum, ut peccatis mortui, iustitie uiueremus,  
cuius vibicibus sanati es.*

*Christus lauit nos à peccatis nostris per san- Apoc. 1.  
guinem suum. Quoniam maestatus es & redemi- Apoc. 4.  
sti nos Deo per sanguinem tuum.*

*Non rebus caducis, argento vel auro fuistis re- 1. Pet. 1.  
dempti: sed pretioso sanguine agni immaculati.*

*Ob id noui fœderis mediator est, ut morte in- Heb. 9.  
tercedente ad redemptionem earum prævarica-  
tionum que fuerunt sub priore Testamento, vo-  
cati, promissionem accipient æternæ hereditatis.*

*Hoc est sanguis meus noui Testamenti qui pro Matth. 26.  
multis effunditur in remissionem peccatorum.*

*Ex his Scripturæ locis & plerisque aliis  
eodem spectantibus, efficitur: satisfactio-  
nem pro peccatis nostris esse effectum ne-  
cessarium sacrificij Christi: adeò ut, ex usu  
Scripturæ, posita satisfactione pro peccatis,*

36 DE UNICO CHRISTI SACRIF.

ponatur sacrificium Christi: & vicissim, posito Christi sacrificio, ponatur satisfactio pro peccatis: id quod in causa ~~ourum~~ fieri debet.

Falsitas consequentis facile colligitur ex iisdem locis: ex quibus constat satisfactiōnem pro peccatis semel à Christo pro nobis factam esse: tunc videlicet quum se obtulit in cruce victimam Deo pro peccatis nostris. Quinetiam hac conclusionē res ipsa facillime patebit. Nam Christus pro nobis in cruce moriens, aut perfectè satisfecit Deo, aut, imperfectè. Imperfectè satisfisse, absit à Christo redemptionis nostræ autore & effectore perfectissimo: atque id ne cogitari quidem potest ab homine verè Christiano. Si perfectè Christus satisfecit Deo, quum scilicet sacrificauit in cruce pro nobis: cur, obsecrò, quotidie Christus est sacrificandus ut pro nobis satisfaciat?

XI.

christum in  
missa nō sa-  
crificari.

**S**i hodie sacrificandus esset Christus, id fieret aut ut satisfaceret pro peccatis nostris: aut ut eius satisfactio semel in cruce pro nobis facta, nobis applicaretur.

*N*eutra ratione sacrificandus est.

*N*ulla igitur. Et vi Consequentis: Sacrificium Missæ reisciendum est.

Explicatio  
superioris ar-  
gumenti.

Connexū est perspicuum, nisi tertiā rationē Pontificij proferant, qua doceat nos erat *παρά τὸ ἐλαττεῖς διαπέστεις*, at nō possūt.

Assumptum habet duo membra. Prius est:

Chri-

Christum non esse sacrificandum ut satisfaciat pro peccatis nostris: atque id argumento, superiori proximo conf. cimus . Quod etiamnum confirmo sequenti ratione ad incommodum adigente. Non si hodie sacrificandus est Christus , ut satisfaciat Deo pro nobis : ergo hodie Christo patiendum & moriendum est. Si causam queris : attende quid sit satisfacere Deo pro nobis : quod proculdubio idem est, ac soluere Deo quod debemus. Debemus autem mori , nisi Christus pro nobis sit mortuus . Quare dicimus , Christum Deo satisfecisse , quia Christus semel persoluit pro nobis, quatenus pœnas peccatis nostris iusto Dei iudicio debitas, pro nobis paci dignatus est. Quare, aut, non plenè Christus pro nobis satisfecit : (quod impiū est vel cogitare : ) aut, Deus eiusdem debiti solutionem bis exigit: (quod blasphemū est dicere:) aut, Satisfacere, nō est solvere, hoc est, ipsum non est ipsum: quod affirmare, iā non est differentis, sed delirantis.

*missalis com-  
tradictio.*

Posterioris membrū est: Non esse hodie sacrificandū Chr̄istū, vt eius satisfactio semel in cruce facta nobis applicetur. Quod mani festā habet rationem: alioqui, necessariō (vt vulgō in scholis dicitur) sequeretur implicatio contradictionis. Nā satisfactionis applicatio infert satisfactionem priū factā. At isti volunt, in ipsa applicatione esse faciendam. *missalis com-  
tradictio.*

*Pontificiorū  
effigium, do-  
Applicatio-  
ne sacrificij,  
refellitur.*

## 58 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

Secundò: si iterum sacrificari debet Christus, ut eius sacrificium semel factum nobis applicetur: ergo, simili ratione; incarnari iterum debet Christus, ut fructus eius ~~in se ipso~~ & incarnationis, nobis applicetur: iterum Christo moriendum est, ut meritum mortis eius nobis applicetur: denique debet iterum Christus resurgere, ut beneficium resurrectionis ipsius nobis applicetur; nec poterunt Pontifici rationem dissimilitudinis proferre. At nemo non sentit quām hæc ineptè dicantur. Tertiò: si Missa est applicatio sacrificij Christi: non est igitur ipsum Christi sacrificium. Ut enim donatio rei, aliud est quām res donata: ita applicatio, aliud est quām id quod applicatur. Quartò: si in Sacramento Baptismi sacrificium Christi & mors ipsius nobis verè applicatur (ita docēte Apostolo) nec tamen in Baptismo fit sacrificium (etiam Pontificiis assentientibus) nihil est causæ quamobrem necesse sit in celebranda Cœna Domini fieri sacrificium, ut mortis Christi beneficium nobis applicetur. Quintò: ea demum ratio applicandi sacrificij Christi tenenda est, quam ipse Christus instituit. Est autem duplex, ut antè dictum est; una est, interior efficacitas Spiritus Sancti: altera, est exterior prædicatio Euangelij, & ea quæ ex ipsius Christi instituto ad Evangelicam prædicationem pertinet. Nec usquam extat in Scriptura, Christum esse sacrifici-

Rom. 6.  
Coloss. 2.

grificandum, ut eius sacrificium nobis applicetur. Cum enim sanctissimum hoc sacrificium semel in cruce factum applicetur credentibus: & fides in nobis ingeneretur a Spiritu Sancto per Euangelij prædicationem: hinc perspicuum esse potest, quæ nam sit vera ratio huiusc sacrificij nobis applicandi. Ad eam rem faciunt sequentes loci.

*Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi Ioan.17:  
sanctificati per veritatem: non pro eis autem rogo  
tantum, sed & pro iis qui per sermonem eorum cre-  
dituri sunt in me.*

*Christi participes sumus, si modo principium Heb.3:  
illud quo sustentamur, firmum tenuerimus ad fi-  
nem usque.*

*Cum habeamus sacerdotem magnū præfatum Heb.10:  
domini Dei, accedamus cum vero corde & certa  
persuasione fidei.*

*Quem proposuit Deus propitiationem per fi- Rom.3:  
dem in sanguine ipsius.*

*Accessistis ad novi Testamenti mediatorem Heb.12:  
Iesum & ad sanguinem aspersionis. Et loci con-  
similes, ex quibus intelligitur, beneficia  
Christi nobis applicari fide, quam videlicet  
Spiritus Dei in nobis efficit & format per  
Euangelij prædicationem. Fateor quidem  
ipsam prædicationem esse aliquod sacrificij  
genus, nempe spiritualis & figuratè dicti:  
quemadmodum Paulus aliquoties de præ-  
dicando Euangeliō verba faciens, ad sacri- Rom.10:  
ficiū allusit. Verum, quid hoc ad Missæ sa- Phil.2:*

## 60 DE VNICO CHRISTI SACRICE

*Missa cum Euangelijs predicatione nihil communis est.* crificium? Quid, obsecrò, commune esse potest Euangelio clarè & apertè annuntiato & exposito, cum Missæ theatralibus, ac mutis signis, eiùsque perobscuris susurrationibus? Imò verò sacrificium spirituale Euangelijs prædicandi, commentitio Missæ sacrificio planè repugnat. Nam quoties prædicatur Euangelium ex instituto Christi, toties Christus offertur, non Deo (quod isti de sua Missa somniant) sed nobis, vt ipsum vera fide receptum totis animis amplectamur. Quinetiam per Euangelijs prædicationem, non Christus sacrificatur, sed nos ipsi Deo sacrificamur, quatenus verbi Djuini gladio spiritualiter mactati, Deo consecramur, & (vt Pauli verba usurpemus) nostri oblatio sit accepta, sanctificata per Spiritum Sanctum. Quid plura? expendant, quid sibi velit vocabulum, Applicari; & facile intelligent, Christi sacrificium nobis applicari, dum Christus offertur, non Deo, sed nobis. Ex quibus omnibus concludo, Pontificiorum effugium de applicatione sacrificij non modò non adiuuare, sed omnino potius euertere ipsorum de Missæ sacrificio sententiam.

*Sacrificium passum et futurum nullum esse comitem.*

**XII.**  
**S**i inter sacrificium Christi semel in cruce factum, & futurum eius aduentum ultimum, Scriptura nullum Christi sacrificium intermedii cōmemorat, sed affirmat, Christum Mediatorem

torē & sacerdotē unicū noui Testamenti interpellare pro nobis: nō autē sēcē pro nobis offerre: certē sacrificiū Missa humānū est commentum.

Verum est Antecedens.

Verum igitur & consequens. Et vi consequentis sacrificium Missa reiciendum est.

Connexi Hypothetici consequentia fit missima est, & nititur iis quae alibi à nobis disputata sunt de verbi Dei scripti autoritate. Debemus enim & loqui & sentire cum Scriptura, è cuius finibus (inquebat aliquādo Hieronymus) vera Dei Ecclesia nō egreditur. Cur enim Scriptura, quum differit de eo quod Christus facturus est ad diem usq; nouissimum, hoc, quod isti volunt esse præcipuum fidei nostræ caput, omitteret? nempe fore ut Christus quotidie amplius centies millies sacrificetur pro nobis, usque dum veniat viuos & mortuos iudicaturus. Rem tanti momenti, (siquidem vera esset) procul dubio clarissimis scriptis Apostoli testam nobis reliquissent. Num dicent Pontificij, interpellare; idem esse, quod seipsum sacrificare? Atqui ipsa interpellatio est effectum sacrificij semel in cruce facti: ac propterea dicit Apostolus sanguinē aspersionis loqui.

Accessistis, inquit, ad sanguinem aspersionis prestantiora loquentē quam (loqueretur) sanguis Abel. Adde hunc ordinem à Paulo obseruatū: Christū mortuum esse & excitatum, sedere ad dextram Dei & pro nobis postulare.

Explicatio  
superioris ar-  
gumenti.

In Mich. l.

l.c.l.

Heb. 12.

Rom. 8.

Iam quia semper & assiduè pro suis Christus interpellat: si interpellare, est sacrificari: sequeretur, Christum assiduè sacrificari, adeò ut matutinum tempus Missis celebrandis iam non sufficeret.

Assumptum probatur his Apostoli verbis:

**Rom.8.**

*Quis est qui condemnnet? Christus (is est) qui mortuus est: immo vero qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam postulat pro nobis.*

Non dicit sacrificatur pro vobis.

**I. Iohan.2.**

*Aduocatum apud Patrem habemus Iesum Christum Iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

**Heb.7.**

*Christus propterea quod in eternum manet per petuum habet sacerdotium: unde & seruare prorsus potest eos qui per ipsum accedunt ad Deum semper viuens ut interpellet pro eis: Talis enim nos decebat Pontifex, &c. cui non fu quo tidie necesse quemadmodum illis Pontificibus, prius pro peccatis propriis victimas offerre: deinde pro peccatis populi: Id enim fecit semel, quum semet ipsum obtulit.*

**Tit.2.**

*Expectantes beatam illam spem & illustrem illum aduentum glorie magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: Qui dedit semetipsum pro nobis, &c.*

**Heb.9.**

*Non in manufactum sacrarium ingressus est Christus exemplar vero sacrario respondens: sed in ipsum cælum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis.*

Chri-

*Christus semel oblatus ut multorum peccata Ibid.  
tolleret, altera vice absque peccato conspicetur  
ijs qui ipsum expectant ad salutem.*

*Christus una pro peccatis oblatæ viælima in Heb. 10:  
perpetuum sedet ad dextram Dei id quod super-  
est expectans: donec inimici ipsius scabellum pe-  
dum eius fiant. Vnicæ enim oblatione consecra-  
uit in perpetuum eos qui sanctificantur, &c.*

En igitur quid Scriptura doceat de officio Christi Pontificis ad dextram Dei sedentis: nec ullam facit istius commentitij sacrificij mentionem: imò potius nos totos ad unicum illud sacrificium reuocat, quod Christus in cruce pro nobis fecit; cuius ea virtus est, ut nobis liceat, non sacrificare Christum (quod Pontificij comminiscuntur) sed per Christum, semel pro nobis sacrificatum ad Deum accedere.

### XIII.

*S*icut in Missa Christus verè offertur Deo à Pō-  
stificiis sacerdotibus: ergo Christus non est so-  
litus sacerdos noui Testamenti.

*Consequens est falsum.*

*Est igitur falsum Antecedens: Et vi conse-  
quentis sacrificium Missæ reiciendum est.*

Connexi Hypothetici consequentia ma-  
nifestè patet. Solus enim sacerdos, & plures sacerdotes, dicuntur à *tricliniis.* *Explicatio  
superioris &  
giamenii.*

*Assumptum: nempe Christū esse solum sa-  
cerdotem noui Testamenti, verbis expressis  
docet Apostolus.*

Heb.6.

*Christus non sibi hunc honorem tribuit ut fieret Pontifex, sed is qui dixerat ei: filius mens es tu ego hodie genui te; sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec.*

Heb.7.

*Et illi quidē plures facti sunt sacerdotes, quondam mors prohiberet eos permanere: At iste propterea quod in aeternum manet perpetuum habet sacerdotium, &c.*

Perspicuum est igitur Christum esse solum sacerdotem noui Testamenti, quia est sacerdos secundum ordinem Melchisedec, adhibito Dei iureiurando, constitutus Rex simul & sacerdos, adeoque sacerdos in aeternum, ut Scriptura docet. Ex quo necesse est, ut solus Christus sit noui Testamenti sacerdos: quippe cui soli haec conueniant.

Refutatio  
responsionis  
Pontificis.

Hic Pontificij distingunt inter primariū sacerdotem (quem agnoscūt esse Christum) & secundarios sacerdotes: quos innumera-biles esse volunt; quorum ministerio Christus sese offerat Deo. Sed quārō; cūm sacer-

Aduersus  
distinctionē  
sacerdotis  
primarij &  
secundarij.

sacerdotes veteris Testamenti ad venturi Christum referrentur: annon essent ipsius Christi respectu, secundarij sacerdotes, adeoque typus & figura Christi aeterni sacerdotis suo tempore exhibendi. Atqui postquam primarius sacerdos exhibitus est; Apostolus istis secundariis sacerdotibus locum ullum superesse noluit, nec alias secundarios sacerdotes noui Testamenti illis superioribus

subs.

substituit; sed in uno Christo subsistit, altero sacerdote secundum ordinem Melchisæ dec. Quare ista distinctione falsa est: quia cœrit ipsam Apostoli sententiam. Primarium enim & secundarium, non pugnant: quia sunt subordinata. At Apostolus ita opponit Christum hominibus sacerdotibus, ut eos non patiatur simul stare posse. Si ergo illi sunt secundarij sacerdotes, profectò ruit argumentum Apostoli, & ea oppositio quam in illo loco proposuit. Dices; Apostolum excludere legales sacerdotes: Certè: sed adhibet eā rationem, quæ non minus quadrat in Pontificios sacrificulos, quam in sacerdotes veteris Testamenti: his enim Christum opponit; nempe mortalibus immortalē: quod profectò æquè de Pontificiis sacrificiis dici potest. Notissima autem est hæc regula *τρόπος παιδείας*: Cui ratio & perfectum medium Conclusionis conuenit; eidem ipsam Conclusionem conuenire. [Secundò: cum legalibus omnibus sacrificiis adumbratum sit unicum illud Christi sacrificium quod in cruce factum est (teste Apostolo ad Heb.) obsecro te, quid amplius opus est sacerdotibus, posteaquam semel patefacta fuit veritas illis veteribus, tum sacerdotibus, tum sacrificiis adumbrata? Quorsum igitur Pontificij sacerdotes? An ut significant futurum Christi sacrificiū? At hoc falsissimum est. *S. Cor. 1. Cor. 8.* sacrificatus est enim Christus, inquit Paulus,

non, sacrificandus. An verò ut significant fa-  
ctum Christi sacrificiū? At hic significādi  
*missalis contradic.* modus continet contradictionē: contradic-  
cere autē; non est, significare, vel, repræsen-  
tare. Ecquid enim absurdius vñquā dici pos-  
sit: Christum esse quotidie sacrificandū, vt  
significemus, Christū semel fuisse sacrificata-  
rum huc tamē redit Pontifīciorū sententia.

Tertio: ista distinctio pugnat cum natura  
ipsius rei de qua agitur: volunt enim Ponti-  
ficij à suis sacerdotibus Christum sacrificari.  
Atenim ea est natura huiuscē sacrificij,  
vt à nullo alio fieri potuerit quām ab ipso  
primario sacerdote, nempe Chr̄sto. Quo fit  
vt in sacrificio Christi distinctio primarij  
& secundarj sacerdotis sit ineptissima: quia  
res hæc ad solum primarium sacerdotē per-  
tinet. Sic enim Apostolus, In secundum sacra-  
rium (inquit) semel quotannis solus Pontifex  
[ingreditur] non sine sanguine quem offert pro  
seipso & pro populi erratis: Hor declarante Spi-  
ritu Sancto, nondum patefactam fuisse viam ad  
sacrarii, priore Tabernaculo adhuc consistente;  
&c. Adueniens autem Christus Pontifex futu-  
rerum honorum per proprium sanguinem ingressus  
est semel in sacrarium, &c. Docet igitur Apo-  
stolus, sacrificium Christi fuisse ad vinum  
expressum legali illa cæremonia, quū sum-  
mus sacerdos solus in intimum sacrarium  
semel ingrediebatur: atque ita significabat  
sacrificium illud perfectissimum à solo Chri-  
sto

sto verè summo sacerdotet tandem aliquando semel faciendum. Quamobrem nihil hīc opus est secundariis sacerdotibus.

Quartò: si sacerdotes Pontificij sunt tantum ministri sacrificii quod fit in Missa, Christus autem est primarius ac verus sacerdos, qui sacrificium illud facit, vt dicunt: cùm sacerdotes Pontificij offerant tam pro se, quām pro populo: sequeretur, Christum (absit dicto blasphemia) etiam pro se offerre. Nam ministeriū & instrumentum referri ad causam efficientem, fortassis isti non ignorant. Quid fiet igitur his Apostoli verbis?

*sententia  
Pontificiorū  
incommodo  
ingulatur,*

*Cui non sit quotidie necesse quemadmodum illis Heb.7.*

Pontificibus prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro peccatis populi. Id enim fecit semel quū semetipsum obtulit, &c. Annon, obsecrò, qui volūt noui Testamenti temporibus esse sacerdotes, qui sacrificium offerat Deo, tam pro se quām pro peccatis populi: iij, tum superioribus Apostoli verbis, tum Euāgelicæ veritati bellum indixerunt?

Quintò: hanc distinctionem ipsi Pontificij refellunt. dicunt enim Missæ sacrificium esse ipsum Christi sacrificium quod in cruce oblatum est. Atqui, solus Christus fess in cruce obtulit, sine ullo ministerio secundariorum sacerdotum. Alterum igitur negent necesse est: aut esse idem sacrificium; aut, sacrificium in Missa fieri ministerio secundariorum sacerdotum.

*Missalis Ann  
dabatis mus.*

Vtrumque autem esse falsum, commentitiū & ētrepōdōzoy, freti certissimis rationibus, affirmamus. Nisi forte Pontificij suos illos innumerabiles sacrificulos velint cum ea cohorte ac turba multa, & cum iis militibus comparare, quorum opera & ministerio Christus prehensus fuit & in crucem actus. Quia in re, habeat sanè locum vocabulum, Secundarij, pro quo tantopere laborant. Nam, quantum in ipsis est, Christum secundario quodam modo in crucem agunt: idq; pretio numerato (quod etiam de Iuda Iscariote memoriae proditum est) libenter, si liceret, Euāgelicam veritatem è medio sublaturi. Sed de secundiis mortis Christi ministris, hactenus.

## XIII.

*Solum Christum esse Sacerdotem qui seipsum offerre potuerit.*

**S**tea est ratio sacerdotij Christi ut sit idē sacerdos qui victimā: & Christus solum est victimā illa semel pro nobis oblata: certe solum Christus est sacerdos.

*Antecedens verum est.*

*Verum igitur est Consequens: & vi Consequētis sacrificium Missæ reiciendum est.*

*Explicatio superioris argumenti.*

Connexum hypotheticum patet ex prima illa cognitione Eiusdem & Diuersi; quæ ex primæ Philosophiæ fôribus hauriri solet.

Assumptum omnes verè Christiani fatentur, neque id negant Pontificij: ac proinde, salvo pudore, vim superioris Consequentis negare non posunt.

## XV.

**S**i qui noui Testamenti sacerdos est, idem solum Christus quoque Mediator est noui Testamenti, & sicut esse nos solus Christus est noui Testamenti mediator: ut Testamentum Ceterè, Christus solus est noui Testamenti sacerdos. tis sacerdotem

Verum est Antecedens.

Verum igitur est Consequens: Et vi Consequentis Missæ sacrificium reuiciendum est.

Connexum hypotheticum perspicuum est Explicatio suam ex ijs quæ in Connexo superiore proximo perioris argumenti. dicta sunt.

Assumptum habet duo membra: Prius est: Eum qui noui Testamenti sacerdos est, esse quoque noui Testamenti Mediatorem: quæ doctrina est Apostoli ita scribentis.

*Christus excellentius ministerium sortitus est, Heb. 8.  
quò præstantioris est Testamenti Mediator.*

*Itaque ob id nosse Testamenti Mediator est, Heb. 9.  
ut morte intercedente ad redemptionem earum prævaricationum quæ fuerant sub priore Testamento, vocati, præmissionem accipiunt eterne hereditatis: nam ubi Testamentum est, ipsorum testatoris intercedat necesse est.*

*Accessistis ad noui Testamenti Mediatorem Ie. Hebr. 12.  
sum & sanguinem affissionis præstantiora loquenter quam [loqueretur sanguis] Abel.*

*Mediator Dei & hominum homo Christus, Timo. 2.  
Jesus: qui se metipsum dedit redemptionis pretium  
pro quibus-vis, &c.*

*Ex quib⁹ perspicuum est, Christū officio Mediatoris & sacerdotis simul functū esse: atq;*

## 70 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

hæc duo ita in Scripturā coniungi, vt neceſſe sit eum qui sit noui Testamenti Sacerdos, esse quoque noui Testamenti Mediatorem.

Posterior membris Assumpti est: Christum solum esse noui Testamenti Mediatorem: quod expressis verbis testatur Apostolus, inquiens: *Vnus Deus, unus etiam Mediator Dei hominum homo Christus Iesus.* Firmum igitur manet Conſequens nostri Connexi. Nec enim sacrificuli Pontificij poſſunt eſſe verè ſacerdotes noui Testamenti, quin ſint etiam (quod abſit) Médiatores inter Deū & homines, ac proinde Redemptores Eccleſiæ. Loquor autem de nomine ſacerdotis propriè ſumpto: quemadmodum iam admonui in primo capite huiusce diſputationis. Nam propter sacrificia Spiritualia, fideles omnes dicuntur ſacerdotes in Scriptura. Et qui Euangelium annunciant, quatenus Spirituali gladio immolant & confeſſant homines Deo, ea ratione per quandam ſimilitudinem dici poſſunt ſacerdotes (quamquam non memini nomen, i.e. Ieſus, uſquam illis tribui in Scriptis Apostolicis) nec dubium eſt quin eò respexerint veteres: qui Praefatos ac Pastores Eccleſiæ, ſacerdotes appellarunt. Sed nos de veris ſacerdotibus loquimur, verum, reale, extērnumque ſacrificium oſſerentibus: quales Pontificij ſuos ſacrificulos nobis deſcribunt.

## XVI.

**S**i Sacra mentum Cœre Domini institutum est Christum <sup>offerri, vela  
sacrificari,</sup> vt Christus nobis offeratur vera fide & summa cum reuerenti percipiendus: & repugnet, Christum nobis offerri à Deo, & Christum à nobis ne D. Sa- offerri, vel, sacrificari Deo: certè Christus non of fertur, vel, sacrificatur Deo, in Sacramento Cœna Domini: Quanto igitur minus in Missa?

Antecedens verum est.

Verum igitur Consequens: Et vi Consequentis  
Missæ sacrificium reuiciendum est.

Connexū hypotheticū satis patet ex eorū oppositorū natura, quæ simul esse nō possunt: Id enim habeamus necesse est, q[uod] offerimus: & aliquid nobis offertur, vt id habeamus.

At enim, inquiunt, Deus dederat Israëlitis victimas quas ipsi Deo, offerebāt: & in Missa dicitur: Deus tuis donis offerimus. Ego verò Missa nihil moror, cōtradictionibus, nō nimis quam crucibus abundantē. De victimis autē Israëlitarū exceptio planè est ē tēpoy evīc. quot cruce. Nos enim nō de donis externis h̄ic agimus: sed de Christo nobis oblato in Cœna Domini, non à nobis offerendo.

Assumpti pars prior: nēpc, Cœna D. Sacramentū institutū esse, vt Christus nobis offeratur vera fide percipiēdus: probatur ex ipsa Christi Institutione, quam Evangelistæ cōmemorāt: neque id in dubiū revocari solet.

Quod addimus in posteriori parte Assūpti nostri: si Christus nobis offertur, cū à nobis

non offerri: Pontificij sibi videntur tollere  
*Refutatio re* sponsionis Pō sacrificium, tū Sacramentum: ac proindenō  
*tife.*

repugnare, alio atque alio respectu, Christū,  
 vna eadēmq; actione, offerri Deo & nobis;  
 ac proferūt sacramenta legalia: vt, Agni Pa-  
 schalis c̄eremoniā quam illi dicūt fuisse sa-  
 cramentū, simul & sacrificiū: quādoquidem  
 vocatur Courban Num. 9. Sed hēc respōsio  
 nihil est aliud quām principi p̄petitio. Nos  
 enim hēc duo pernegamus: Cœnā D. esse sa-  
 crificiū, nempe externū & reale: itēmq; Mis-  
 sām habere aliquid cū Cœna D. cōmune. Af-  
 firmamus autē Cœnam D. esse Sacramentū,  
 quo Christus nobis offertur: neq; id Pōtificij  
 negant: iā quod addunt, Sacramentū Cœnæ  
 D. esse simul sacrificiū reale & externū: hoc  
 verò pernegamus. Suam illi sententiam, non  
 modò nō expressis, sed nullis Christi verbis  
 cōfirmare possūt: nos Christi verbis apertis  
 expressisq; nostram sententiā cōfirmamus.  
 Etenim Sacr. Cœnæ D. institutū esse, vt Chri-  
 stū nobis oblatū vera fide recipiamus, mani-  
 festè probāt hēc Christi verba: *Accipite, come-*  
*Matth. 26. dite, hoc est corpus meū: Itē, Bibite ex eo omnes:*  
*1. Cor. 11. Itē, Probet seipsum homo, & ita de pane illo edat, et*  
*1. Cor. 10. de poculo illo bibat: Itē, Poculū benedictionis cui*  
*benedicimus, nōne cōmunionio sanguinis Christi est?*  
*Panis quē frāgimus, nōne cōmunionio corporis Chri-*  
*sti est? Quoniam unus panis, unū corpus multi su-*  
*wi, nā omnes unius panis sumus participes. Ecce*  
*tibi*

tibi clarissima verba de manducādo Christi  
corpore: nulla vērō extāt de sacrificādo. Nō  
enī, offerte, dixit: sed, accipite: nō dixit, sacri-  
ficate: sed, manducate: nec Paulus dixit, panē  
quē frangimus esse sacrificiū: sed, cōmunionē  
corporis Christi. Denique nō ait Paulus,  
sacerdotes in Cœna D. perimendo panis sub-  
stantiam, Ch̄ristū sacrificare: sed, nos omnes  
vnius panis esse participes, affirmauit. Neque  
huc accersenda fuit vetus cæremonia de Pa-  
schate ad probandū Cœnæ D. sacrificiū. Nā  
in illo Sacramento legali (de quo infrā plu-  
ribus agendū erit) agnum fuisse immolan-  
dū, perspicuum est ex ipsa Institutiōne: & no-  
minatim vocatur, oblatio; licet nō fuerit sa-  
crificium propriè dictum, vt exponemus suo  
loco. Sed vt Christus ab Ecclesia Christiana  
immoletur vel offeratur: nulla vñquā lege,  
vel à Christo, vel ab Apostolis, sancitum est.  
Præterea nō valeret hoc ratiocinādi genus:  
Si Sacraenta quædam legalia fuerūt simul  
externa sacrificia: Ergo idem de Sacramen-  
tis Ecelesiæ Christianæ censendum est. Nam,  
vt in superioribus diximus, externa omnia  
sacrificia vnicū idēmq; perfēctissimū Chri-  
sti sacrificiū abrogauit: ne mihi dicendū sit,  
veterē illā cæremoniā non fuisse institutā, vt  
Agnū Deus afferrat Israēlitis, & simul Agn⁹  
ab Israēlitis Deo offerretur: quod tamē Pō-  
tificij de Christo in illo suo sacrificio tradi-  
uerunt. Mitto dicere, quām absurdū sit, nos

74 D E U N I C O C H R I S T I S A C R I F.

primū offerre Christū Deo in sacrificio, ac  
postea Christum nobis offerri in Sacramen-  
to. Quomodo enim Christum offerimus, si  
Christū non habemus? Hec igitur dici præ-  
postorē (ut alia pretermittā) nemo nō videt:  
ac proinde manet superior nostra Conclusio.

### XVII.

*Christum in  
Cœna D. non  
sacrificari.*

**S**i in Cœna Domini Christus nobis offertur  
semel pro nobis sacrificatus: Ergo non a nobis  
in ipsa Cœna sacrificandus: Quanto igitur mi-  
nus in Missa?

*Antecedens verum est,  
Verum & Consequens: Et vi Consequentis  
Missæ sacrificium reuiciendum est.*

*Exticatio  
super misar-  
gumentis.*

Connexum hypotheticum negari nō po-  
test: ne in avtiquor incurramus.

*Assumptum probant hæc Christi verba:  
Luc. 22. Accipite, comedite: hoc est corpus meū quod pro  
vobis datur. Hoc est corpus meū quod pro vobis  
Math. 26. frangitur. Hoc est sanguis meus noni Testamen-  
ti qui pro multis effunditur in remissionem pecca-  
torum. Ex quibus intelligitur, in Cœna Do-  
mini Sacramento, nos totos ad Christi Pa-  
sionē ac mortē reuocari, qua semel se pro  
nobis obtulit, ut nos cum Deo recōciliaret.*

*Ref. ratio  
responsio is  
Pontifi ic.*

*An Christus  
se in S. œ-  
no sacrificia-  
vera.*

Respondent, Christum seipsum in Cœna  
sacrificasse: atq; id volūt efficere ex verbis il-  
lis, Datur, frangitur, effunditur, in præsenti tē-  
pore usurpatis. Sed miror istos homines sibi  
ipsis oculos vitro perstringere, ne videat a-  
pertissimā challagen qua Christus de re iam  
instanti

instanti & mox futura, tanquā de præsenti,  
loquebatur: hoc autē loquēdi genus passim  
occurrere, cū ex multis aliis, tū ex his Scri-  
pturæ locis manifestissimū est. *V a homini illi*  
*per quem Filius hominis proditur. Filius hominis*  
*traditur in manus peccatorū. Abeo & venio ad*  
*vos. Pro eis ego sacrifico meipsū. Pono animi i meā*  
*pro omnibus meis.* Itē Paul⁹ de suo martyrio iam  
iā instanti: *Ego ita libor & iepus mea resolutionis*  
*instat, & huiusmodi pleraq.; Hinc factū est, vt*  
in Euang. Matth. hebraicē cōscripto, usurpe  
tur futurū tempus. Quinetiā vetus Interpres  
(quē illi vulgō sequi solēt) verbū Græcū pre  
fētis temporis expressit per futurū: sic enim  
interpretatus est apud Matthēum & Lucam:  
*Sanguis meus qui pro multis effundetur: & apud*  
Paulum, *Corpus meum quod pro vobis tradetur.*  
Quid, quōd ne illi ipsi suam Missā audiūt, quā  
statuūt ab omnibus audiendā esse? Sic enim  
extat in Canone Missæ, adeōq; in ipsa Cōse-  
cratione, in qua siquid peccetur, actū est de  
ipsa Trāsubstantiatione, quā tamē volūt esse  
sui sacrificij fūdamentū. *Hic est enim calix sa-*  
*guinis mei noui & aeterni T est mysteriū fidei, qui*  
*pro vobis & promultis effundetur in remissionē pec-*  
*catorū. Imō, ne ipsi se audiūt quidē. Suprà e-*  
nīm in argumēto 3. quū suis ipsi laqueis irre-  
titi tenerētur, coacti sūt hēc verba sui Cano-  
nis, *Hac dona, hæc munera, quælibi offerim⁹, &c.*  
exponere per enallagē de re mox futura (vt  
illi quidē aiebāt: quā bene suo loco diximus)

Matth. 26.

Ibid.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Ioan. 10.

2. Timot. 4.

Quomodo Pō  
ificiū missā  
audientes,  
missam non  
audiant.  
Ex Canone  
Missæ.

76 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

idem autem in his Christi verbis faciendum esse non vident. Denique, exponunt utroque modo, &, per futurum tempus, &, per præsens simul; nō solum res ipsas, sed etiam vocabula & verborum tempora confundentes; quo nihil unquam stultius, addo etiam, imprudentius, dici potuit. Fundetur sanguis (inquiunt) in cruce: funditur autem in ipsa

*Præfatis con  
radictio.* Cœnæ actione, nempe incruentè. O acutos homines, sed longè acutiores futuros, si semel nobis explicare potuerint, ecquānam ratione sanguis incruentè fundi possit! Sanguis enim aut verè dicitur fundi, aut per similitudinem. Si per similitudinem: non est verum & reale sacrificium in Missa. Si verè dicitur fundi; non igitur incruentè: nam incruentum excludit sanguinis fusionem; nisi fortè isti homines sua omnia confundentes & contradictionibus inuolentes, nouum aliquod rerum omnium chaos in mundum inuehant: quod profectò facerent, nisi lux Euāgelica ipsorum tenebris obfisteret. Hoc igitur commentum, seu, portentum de immolatione Christi facta ab ipso Christo in sacra Cœna: his rationibus procul à nobis eiicimus.

*Christus se in  
Cœna non  
sacrificasse  
probatur. 6.  
rationibus.* Prima ratio: quia rerum naturam euertit, & extinguit primariam illam lucem nostræ cognitionis. De quolibet veram esse affirmationem, aut negationē. Hinc enim sequitur, sanguinem non sanguinem, fundi, non fundi,

fundi, præsens & futurum tempus idem esse.

Secunda ratio: quia nihil extat in institutione Cœnæ D. quo videri vñquam possit Christus se tunc Deo pro nobis obtulisse.

Tertia ratio: quia refellitur hic error expressis Scripturæ locis in quibus Christus dicitur semel passus: & eius oblatio, dicitur vñica oblatio.

Quarta: quia pugnat cum eo loquendis generis quod à Scriptura usurpatur, quæ nunquam dicit Christum se offerre nisi ratione veræ & realis ipsius mortis (vt antè à nobis dictum est.)

Quinta: quia si Christus sese pro nobis obtulit in Cœna; hæc oblatio aut fuit perfecta, aut imperfecta. Si dicas imperfectam: blasphemia est. Si perfectam: cur igitur postea Christus pro nobis mortuus est?

Sexta: quia dicunt Missæ sacrificiū offerri in memoriam Passionis, resurrectionis & ascensionis Christi: sic enim extat in eorum Missa: *Vnde & memores nos eiusdem Christi filii tui Domini Dei nostri tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in celos gloriose ascensionis offerimus, &c.* At quem Christus Cœnam instituit, non potuit se tum offerre in memoriam suæ mortis, resurrectionis & ascensionis. Memoria enim est rerum præteritarum, non futurarum. Sed quid ego plura commemoro? hæc enim sacrificiorum, nō iam infititia, sed infania, etiam

78 DE VNICO CHRISTI SACRIF.  
nobis tacentibus, satis se ipsa redarguit.

XVIII.

Christum in **S**i Cœna D. instituta est ut in ea fiat conuictus. Cœna non smoratio sacrificij Christi: Certe, in Cœna D. sacrificari. Non sit ipsum Christi sacrificium: Quanto igitur minus in Missa?

Antecedens verum est.

Verum igitur & consequens: Et vi consequentis sacrificium Missæ reiciendum est.

**E**xpliatio. Connexum Hypotheticum patet: quia, r̄ei Superioris ar commemo[ratio] nō est res ipsa: quandoquā gumenti. dem commemo[ratio] ἐξ αὐτῆς rem antegressam significat.

**I. Cor. 11.** Assumpti veritas lucet expressis Christi verbis, *Hoc facite in mei recordationē: & apud Paulum. Quotiescumque ederitis panem hunc & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis usquequo venerit.*

**R**espondent Christum voluisse sacrificiū suum repræsentari: non verbis tantum, sed etiā simili quadā actione. Sic enim, inquit, Dominus liberationem primogenitorum commemo[ratio] voluit oblatione primogenitorū. Adde festos dicas azymorum & Tabernaculorum in quibus res anteactæ rebus similibus in memoriam reuocabantur. Atenim non negamus quin in sacra Cœna mors Christi nobis quod ammodo ante oculos ponatur, tum Euangelica prædicatione, idq; imprimis (sic enim Paulus) *Mortem Domini annuntiabis, inquit, tum etiam Sacramen[t]o* (huc

huc enim spectat fractio panis teste eodem Apostolo , his verbis : *Hoc meum est corpus quod pro vobis frangitur*, inquit, summos Iesu Christi cruciatus ita significas) sed quid hoc ad mutas Missæ cæremonias, aut ad ipsum Missæ sacrificium quod proponunt? Ecquod enim est istud cōcludendi genus? Olim sub legi paedagogia Dominus certos ritus instituit, quibus maiores nostri beneficiorū à Deo acceptorum memoriam renouarent: ergo sacrificiū Christi ipsius Christi sacrificio repræsentandum est. Primum: non valet consequentia, à legis cæremoniis, ad tēp rā noui Testamenti : quin potius videmus eō Christi instituta respexisse, vt, quoad eius fieri posset, nos ab externis eiusmodi ritibus reuocarent. Deinde : Priscis illis tēporibus ita faciendum esse nominatim & certa lege cœntū erat: at de sacrificio extero in Cœna Domini faciendo, nullum usquam verbū. Deniqz ista ratio nō respondeat corū conclusioni: In veteribus enim cæremoniis fuisse rerū præteritarū memoriā perspicuum est. Sed isti volunt, Christi sacrificiū, ipsius Christi sacrificio repræsentari; quod quidē nō iam est similitudo, sed idētitas. Perinde est enim ac si dicāt: panes azymos quibus olim Israēlitæ quotānis certis ac solennibus diebus veſcebātur, fuisse illos ipsos panes azymos qui olim in Ægypto cōfecti fuerāt. Idē dico de Taber. q̄ quām sit ridiculū, nemo nō videt:

30 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

Quamobrem ex hac ipsorum ratione sequeretur: Cœnam D. non esse Christi sacrificium, sed tantum ipsius sacrificij similitudinem. Atque ita videmus quām procul iam absint à sua sententia, ab ipsa disputationis aura prouecti. Atq; ut videant, quām parum ipsi cum sua etiā Missa consentiant (nedum cum verbo Deivelint consentire) expendat *Mißalis cō-* cum otio hæc Missæ verba; *Suscipe sancta tri-*  
*Ex Miss.* *tradictio.* *nitas hanc oblationē quam tibi offerimus ob me-*  
*moriā incarnationis, nativitatis, circuncisionis,*  
*passionis, resurrectionis, & ascensionis Domini*  
*nostri Iesu Christi, &c.* videant, inquam, num  
hæc possint cum illa commentitia sacrificij  
identitate conuenire.

XIX.

*S. Cœnam nō* **S**i Pontificij volunt Cœnam Domini esse sa-  
*esse sacrificij* *pro peccatis.* *pis mōr;* & sacrificium *lux-*  
*pis mōr* non potest idem esse propitiatorium pro  
peccatis: certè, vel ex ipsorum Pontificiorum sen-  
tentia, Cœna non potest esse sacrificium pro pec-  
catis: quanto minus Missa?

*Antecedens verum est.*

*V*erum igitur *Consequens:* Et vi consequentis  
sacrificium Missæ reiciendum est.

*Explicatio* Connexum Hypotheticum non eget pro-  
*super. argu-* batione.  
*menti.*

Assumpti pars prior in promptu est, vel  
ex ipso vocabulo Eucharistia, quod in hac  
questione illi fere semper in ore habet: adde  
hæc

hæc expressa verba Missæ, Hostias tibi Domi- Ex miss.  
ne laudis offerimus, &c.

Pars posterior confirmatur ex iis quæ co-  
piosè à Mose traduntur de sacrificiis, tu Ex <sup>Levit. 3.4.5.</sup>  
piatoriis, tum Pacificis, siue, Eucharisticis,  
forma & ritib<sup>9</sup> inter se distinctis. Huc adde  
vim naturamq; utriusque sacrificij. Nam an-  
tecessisse beneficium oportet, pro quo gra-  
tia<sup>z</sup> sint agendæ. Cum autem imprimis gratias  
agamus Deo in sacra Cœna, quod nobis Ie-  
sum Christum dederit, ut pro nobis oblatus,  
propitiatio pro peccatis nostris esset: ne-  
cessere est, illud ipsum, pro quo gratias agi-  
mus, beneficium antecesserit: ac proinde in  
Cœna Domini non fiat sacrificium Christi  
pro peccatis propitiatorium.

Respondent; utrumque sacrificij genus <sup>Refutatio re-</sup>  
posse concurrere: eo quod fideles offerant <sup>sponsionis P̄</sup>  
quoq; Deo sacrificium spirituale in Cœna Do-  
mini. Quod si ita est, efficitur, sacrificium il-  
lud, quatenus Eucharisticum, esse spirituale,  
non autem reale & extetnum. Qui fit igitur  
ut ipsam hostiam, quam volunt esse verâ ac  
realem, & quam se dicunt offerre pro pec-  
catis, vocent Eucharistiâ? Certè, vel ex pri-  
mis ῥρόνταις rudimentis didicerunt,  
hanc esse vim ταπενυπιας, ut si Eucharistia sit  
realis & externa; sacrificium Eucharisticum  
sit quoque externum & reale. Neque hoc vlla  
ratione stare possit: hostiam esse realē & ex-  
ternam, ipsum autem sacrificium esse internū &

spirituale. Quinetiam, cùm res denominari soleat ex eo quod est potius: & illi sui sacrificij hostiam, Eucharistiam nominent: velintq; sacrificiū, quatenus Eucharisticum, esse spirituale: relinquuntur, vt si quod est sacrificiū in Cœna Domini, illud sit spirituale ac propterea nō reale & externū. Quia verò quod negatur de Cœna D. id quoque de sua Missa negandum esse confitentur; Ecce, nobis redit nostra conclusio ~~εναστεναστη~~ quā in hoc cap. efficere statueram⁹: In Missa non fieri verum, reale & externū sacrificiū propitiatorū pro peccatis. Verum enim uero cùm Pontifici, ut superiorū argumētorū vim effugiant, sese in vnius distinctionis latetram conicere soleant: nempe, sacrificij cruenti & incruenti: quanquam ex iis quæ antè à nobis disputata sunt facile ista distinctione tollitur: ut tamen res fiat dilucidior, pauca subiiciemus ad euertendam illam distinctionem.

## XX.

*Distributionē* **O** Mnis distincio quæ non solum destituitur sacrificij c. u enti & in- cruenti à Pō sacrificiis pro posita ad missa sa- crificij r. q- cunda esse. **D**istinctio sacrificij cruenti & incruenti à confirmandū Pontificiis in hac questione proposita, non solum destituitur verbo Dei, sed ei aduersatur sibi que ipsa contradicit. **Q**uare distinctio sacrificij cruenti & incruenti à Pontificiis in hac questione proposita,

*posita, ridicula est, nedum Theologica: ac propter ea à Theologicis disputationibus rejicienda.*

Maior est extra controversiam.

Minor tria continet quæ nos sigillatim probabimus.

Primum est; istam distinctionem Pontificiam destitui verbo Dei. Cùm enim agant de sacrificio noui Testamenti, affirmamus, noui Testamēti temporibus vnicū, reale, ex ternūque sacrificiū extitisse, quo legalium omniū sacrificiorum vmbrae impletæ simul & abrogatæ sunt: nempe sanctissimū illud sacrificiū quod Christus semel in cruce pro nobis obtulit: ac proinde nulla Christianis sacrificia offerenda superesse, præter sacrificia spiritualia, de quibus egimus in primo cap. huins disputationis. Hæc quidem sacrificia quæ nobis ab Apostolis commendantur sunt incruēta, quia spiritualia: & siquidē eo sensu loquerentur Pontificij, longè abessent à suis erroribus. Verūm hoc sibi volunt: In nouo Testamento esse aliquod sacrificium reale & externū idēmque incruentū: cuius rei nullum verbū reperiri, nullum extare vestigium in scriptis Apostolicis affirmamus: quemadmodū fusiū à nobis confirmatū est supra in argomento 2. Quod si nobis fidem Pontificij non habeant, ferant igitur *versari* & proferant aliquem Scripturæ locum, ex quo doceant, eiusdē victimæ sacrificiū externū, esse posse tū cruentū, tū incruentum,

*Explicatio  
super. argu-  
menti.*

Secundum membrum minoris propositionis est: hanc Pontificiorū distinctionem aduersari verbo Dei: quod nos ita planum facimus. Si Christus non tantū sese obtulit cruento sacrificio, quū pro nobis semel mortuus est, sed etiā quotidie pro nobis offeretur sacrificio incruento: ergo plura sunt & varia eiusdem Christi sacrificia: quod aduersatur his Scripturæ locis.

Heb.10.

*Christus una pro peccatis oblata victima in perpetuum sedet ad dextrā Dei, &c. vnicā enim oblatione consecravit in perpetuum eos qui sanctificantur.*

Heb.9.

*Non ut sepe offerat semetipsum: sicut Pontifex quotannis ingreditur in sacrarium cum sanguine alieno: alioquin oportuisset eum sepe passum fuisse à condito mundo.*

Heb.10.

*Sanctificari sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.*

Hebr. 10.

*Lex umbram obtinens futurorum bonorum non expressam formam rerum, ijs hostiis quas singulis annis easdem assidue offerunt nunquam potest accedentes sanctificare: alioqui nonne desisterent offerri?*

Heb.9.

*Sine sanguine non fit remissio.*

Heb.10.

*Vbi est peccatorum remissio, non est amplius oblatio pro peccato, &c. & permulta in hanc sententiam quæ proposuimus suprà in Argum. 4. Ex quibus intelligitur, oblationem Christi & vnicam, & semel factam, nō sāpē faciendam esse. Quod si vera esset ista Pon-*  
*tifi-*

tificiorum distinctio: quis non videt iacere Apostoli Argumentum? *Non ut saepe se offerat, inquit, alioquin oportuisset eum saepe passum fuisse.* Imò (siquidem verum dicunt Pontificij) potest saepe offerri Christus, nec tamē propterea pati: quia potest offerri sacrificio incruento. Atenim peregrinum istud & ἐπόδοξον commentum præc̄idit Apostolus, quū ait hæc duo esse consecaria ἡ ἀριθμὸς Christum saepe offerri; &, Christum saepe pati. Rursus: *Si lex potuisset sanctificare (inquit Apostolus) certè hostiae desissent offerri.* Ex quibus concludo: posteaquam Christus qui potest sanctificare, exhibitus fuit & oblatus: eum non amplius esse offerendum: alioqui, Christus esset inferior legalibus victimis: quod absit. Atqui si incruentē potest offerri Christus: quomodo stabit quod toties inculcat Apostolus, Christum semel oblatum esse, eūmque non esse saepius offerendum? Præterea Apostolus affirmat, sine sanguine non fieri remissionem peccatorum. Contrà, Pontificij dicunt fieri remissionem peccatorum incruento sacrificio, hoc est, sine sanguine. Item: Apostolus negat ullam esse amplius oblationem pro peccato, posteaquam peccata per Christum remissa sunt. Contra, Pontificij affirmant, superesse quandam oblationem pro peccato, nempe incruentam. En, quām bene Pontificis cum Apostolo conueniat. Illis igitur

*Theorēma* oppono hoc Theorema Thelogicum, quod videant an lab̄ factare possint. Quoties cunque extat in Scriptura Propositio universalis: nulla est ei opponenda distinctio, nisi nitatur certis, dilucidis, expressisque ipsius Scripturæ verbis: ex quibus, sine controvērsia, iugari ferri possit. Ratio est: quia nullum alioqui dogma in Theologia certum esset: semper enim exciperetur id quod esset in quæstione positum: quemadmodum Pontificij, non in hac tantum quæstione, sed in plerisque aliis faciunt.

*Refutatio  
responsionis  
Pontifi.* Verū, inquit, superiores illi loci sunt de cruento sacrificio intelligendi. Rēcte sānè: nullum enim aliud Christi sacrificium Apostolus agnouit. Cum igitur affitmans oblationem Christi vnicam esse, cruentum sacrificium intelligat: sequitur, cruentum Christi sacrificium esse vnicum ipsius sacrificium: ac proinde exhibilandam esse distinctionem hanc de incruento Christi sacrificio. Iti autem perinde distinguunt cruentum ab incruento, ac si planè constaret aliquod esse Christi sacrificium incruentum, quod nos merum delitium esse & Apostolis incognitum, ex ipsorū Apostolorum scriptis confirmauimus. Omnes autem Theologicæ distinctiones debent esse eiusmodi, ut singulæ ipsarum partes manifeste luceant in Scriptura, quemadmodum diximus. Quod si commentitias distinctiones pro-

proponere liceat, quibus nihil aliud quām principium petatur (id quod in hac quæsione Pōtificiis usūnēr) nō facillimum erit cuique Theologicè disputare.

Tertium membrum Minoris nostræ pro positionis fuit: Pontificiorum distinctionem sibi ipsi contradicere: quod ita fieri manifestum, Sacrificium in quo victimam sacrificatur Deo, non potest esse sine sanguinis fusione. Nam victimam dicitur sacrificari, quum immolatur Deo. Quare qui dicit sacrificium cuius victimam Christus est, esse incruentum: ille dicit sacrificium non sacrificium. Nam si incruentum est: non est igitur Christi sacrificium: quandoquidem fusio sanguinis est de ratione huius sacrificij, ut dictum est: nisi forte velint aliquid posse simul esse incruentum cum sanguinis fusione.

*Missalis co-  
tradictio.*

Respondent: fusionem sanguinis esse Sacramentalem. Ex quo efficio, quandoquidem incruenti vocabulum tollit verū sanguinis fusionem: id dici Pontificiis Sacramentale, quod re vera non est, sed est rei veræ signum & figura. Vtrumque enim simul coniungunt, nempe incruentum & Sacramentale. Huc igitur post longos ac variors errores tandem redeunt: In Cœna non fieri ipsum Christi sacrificium vere, sed Sacramentaliter, hoc est, sacram Domini Cœnam esse Sacramentum veri

*Refutatio,  
responsionis  
Pontifici.*

*Missalis A-*  
*dabatis mutu-*

illius & vnici sacrificij, quod semel Christus fecit pro nobis, quum sese obtulit victimam Deo pro peccatis nostris. Nam si fusio sanguinis vera est: non est ergo incruentum sacrificium. Si Sacramentalis est fusio: ergo sacrificium non verè fit, sed Sacramentaliter: idque vi παρεργίας. Quia verò non audiunt hac in parte plus tribuere suæ Missæ quām Cœnæ Domini: reliquum est, ut illi nobiscum affirment, falsum esse, in Missa fieri verum, reale & externum Christi sacrificium propitiatorium pro peccatis nostris: quod erat nobis refellendum,

## CAPUT IIII.

**N**ON sine causa monent Philosophi cognoscendū esse falsum, vt maiorem veri cognitionem habeamus. Tunc enim manifestè patet necessariæ demonstrationis veritas, quum ἀπατητικοὶ Syllogismi redarguūtur. Quare ex illa methodo quam nobis sequēdam proposuimus, posteaquam aduersariorum sententiam superiori disputatione ἀπατητικὴ refutauimus: iam nobis subducenda sunt ea fundamenta, quæ illi suis erroribus substernunt, & nostræ ad eorum argumenta responsiones, proferendæ.

Ob-

## Obiect. I.

*Hoc facite in meam commemorationē, inquit, Luc. 22.  
Christi uero: Ergo in Missa fieri debet sacrificium ex 1. Cor. 11.  
ipsa institutione Christi.*

Consequētia patet: quia F A C E R E significat  
sacrificare: si aliunde indicia suppetunt: ut, *Hoc Exod. 29.  
est quod facies in altari: Agnos anniculos duos  
per singulos dies iugiter. Item: Agnum unum fa- Num. 28.  
cies manē, &c. Item. Scitis quia post biduum Matth. 26  
Pascha fiet, hoc est, immolabitur: interprete Mar Marc. 19.  
co: Vnde Poëta, Quum faciam titulam pro  
frugibus ipse venito. Itaque hoc facite, id est, ef- Virg. Ecl. 3  
ficiete ut vestro facto magis quam voce mortem,  
meam annuntietis. Quo sit ut actiones Christi,  
tum circa panem, tum circa calicem considerandæ  
sint. Cum igitur Christus fieri iussit id quod tu  
fecisti: Christus autem seipsum in Cœna sacrificia-  
uerit in cruentè sub speciebus panis & vini: se-  
quitur, in Missa sacrificium esse faciendum.*

## Respons.

Pernego Consequens: Probatio verò pla- *Errores super-*  
nè inepta est. Primus error est *ταπά τὸ χῆρα* *rioris obser-*  
*τῆς λίτεως.* Nec enim ea est significatio ver- *etionis.*  
bi *ποιῶν* quo Paulus & Lucas vtūtur, ut per-  
inde accipiendum sit, ac si dixisset: sacrificia-  
te. Verbum quidem hebræum *Ἄσα* sape solet  
ad sacrificia referri: quia non tantum signi-  
ficat, facere: sed etiam, aptare & ritè aliquid  
componere: & propter hanc posteriorem  
significationem, sape infert ipsos ritus ex le-  
ge Dei in sacris adhiberi solitos: ita tamen,

*Verbum Fa-*  
*cere occipi-*  
*tur.*

## 90 DE VNICO CHRISTI SACRIE.

ut huius verbi, generalis sit significatio: neque sit ad vocabulum sacrificandi restrin-genda. Hoc autem perspicuum est ex illo i-  
*Loci obiecti* pso loco quem citant: *Facies*, inquit, *vnum agnum manè & alterum vesperi: decimam partē similaginis mixtam oleo, &c.* vbi repetendum est vrbum *Facies* ἀπὸ τῆς κοινῆς. Atqui agnus quidem sacrificabatur & mactabatur: sed id similagini minimè cōuenire, manifestū est. Illic igitur, *Aſa*, significat, mactare: hīc verò, simpli citer offerre. Quia verò Paulus & Lu-cas Hebraicē non scripserunt, sed Græcē: idcirco vis Græci vocabuli spectanda fuit: nisi forte doceant, hīc esse hebraismum: quod num satis firmis rationibus facturisint, expe-ctabimus. Dum enim proferunt ex Matthæo: *Post biduum Pascha fiet: alias res agūt:* quippe cùm ibi verbum ποιεῖν νό usurpetur (de cuius significatiōne disputamus) sed τὸ γένεται: quod in eo loco νό fieri, sed esse signi-ficat: Hoc enim sibi vult Christus mox futu-rū Pascha, quemadmodū patet ex loco Mar-ci quem etiam nobis opponūt. *Erat*, inquit, *Pascha post biduum*. Nec quod sequitur, apud Marcum (*Quando Pascha mactabant*) effi-cit ut verbum γένεται à Matthæo usurpatum,

*Marc. 14.*

*Ezech. 45*, signifiset sacrificare. Sic apud Ezechielem: *Erit vobis Pascha: Est igitur dispiciendum, an, Pascha, signifiset agnum illum qui im-molabatur: an verò, diem festum quo sancta hæc ceremonia celebrabatur. In quo poste-riore*

riore sensus usurpatur à Matthéo in illo cap.  
ver. 2. vt & multis aliis in locis. Propè erat  
Pascha Iudeorum, inquit Ioannes: I:em. *Quoniam*<sup>Ioan. 2.</sup>  
*erit Hierosolymis in Pascha die festo.* Et Lucas,<sup>Ibid.</sup>  
*Festum azymorum quod dicitur Pascha.* Et in  
hoc significato, facere Pascha, est festum il-  
lum diem agere, & cæmoniam illam cele-  
brare ex precepto legis, ex usu loquendi Scri-  
pturæ, vt *Nō factū es i tale Pascha à diebus Iu-*<sup>2. Reg. 23.</sup>  
*dicū, etc.* Hic ergo peccat παρὰ τῷ ὀνοματείᾳ.

Ad verbum Latinum quod attinet; non  
inde petenda est verbi Graci significatio:  
quemadmodum de Hebreo vocabulo dixi-  
mus. Nam Græcè scripserunt Apostoli: non  
Latine. Præterea quum facere apud Latinos  
significat, sacrificare: tunc, conciso loquendi  
generi, facere dicitur simpliciter pro, rem di-  
tinam facere: ac proinde verbum illud iungi-  
tur cù sexto casu: dicunt enim facere hac vel  
illa victimā: vt Poeta: *Quum faciam vitulam: nō*  
autem, quum faciam vitulam: vt isti perpe-  
ram recitant: atque id quām alienum sit ab  
hoc proposito, miror eos non videre. Sed  
profectò errores isti, non iam Philosopho-  
rum præceptis, sed Grammaticorum feru-  
lis castigandi sunt.

Secundus error: παρὰ τῷ ἀπόστολῷ λεγό-  
μενον. Dixit enim Christus, HOC FACITE,  
non autē simpliciter facite: & quemadmodū  
admonui in cap. superiori proximo, nusquā  
hoc complexum orationis significat idē ac

Pontificij ad  
Grammati-  
cos amanda  
tur.

*Luc.2.  
Facere secundum legem apud Lucam quemadmodum, nonnulli ex Pontificiis obiiciunt* significat quidem oblationem tum factam: nempe, non vi verbi: sex ex loci circumstantia. Sic, qui circuncidebant, secundum legem faciebant, nec sacrificabant tamen.

Tertius error: *Τετραγωνον* in Theologia: quum ita statuunt: verbum facere idem esse ac sacrificare, in hoc Christi præcepto, *Hoc facite, si aliunde, inquiunt, indicia suppetant, quibus constet verbum illud in hoc significato usurpari.* Cùm potius ita dicendum fuerit: verbum *Asa* apud Hebreos habere significationem offerendi & sacrificandi, quoties, non tantum aliunde (ut isti volunt) sed ex illo ipso loco de quo agitur, non indicia tantum (ut isti somniāt) sed firmissima suppetunt argumenta. Quam nos regulam proposuimus & confirmauimus in posteriori nostra Responce ad repetita F. Turriani Sophismata. Atque ut illis hunc laborem detrahām, subiiciam certum argumentum, *Quando Asa ex quo significatio illa verbi Asa colligi debat. Nimirum: quando res quæ sacrificatur, significet sacrificare.* vel, offertur Domino, componitur cum ipso verbo: ut, quum dicit Scriptura: facere, hoc est, sacrificare agnum, hædum, similaginē, & reliqua huiusmodi: constructione Hebraica, non Latina.

Quartus error: *παρὰ τὸν ἀγνοῶν τῷ ἐλέγχῳ*  
Nam

Nam in vna eadēmque ratione , diuersas si-  
gnificationes vni verbo affingunt. Primum  
enim cōtendunt facere in his Christi verbis,  
idem esse, ac sacrificare: deinde (quasi illos  
peniteat) afferunt propriam illius verbi si-  
gnificationem: id est, inquiunt, efficite ut ve-  
stro factō mortem meam annuntietis &c. ac nos  
reuvocant ad ipsas Christi actiones. At enim  
debebant meminisse: Tum demum veram  
esse enunciationem, quum vnum dicitur: a-  
lioqui non erit enuntiare , sed ludere voca-  
bulorum ἀμφισσαται: quemadmodum ex arte  
differendi (quantū existimo ) didicerunt.

Quintus error: παρὰ τὸν ἀρχὴν λαμβάνετον.  
Et, verè vt dicam , non memini vsquam me  
legere stolidiorem principij petitionem.  
Vt enim probent, sacrificium esse in Cœna  
Domini faciendum : proferunt hæc verba.  
*Hoc facite.* Rursus, vt efficiant, ex his verbis  
sequi præceptum sacrificandi: aiunt Christū  
tunc temporis sacrificasse . Dum autem in-  
stamus, ne syllabam quidem extare in insti-  
tutione Cœnæ D. quæ sacrificare significet:  
tum illi ad verbum facere, reuoluuntur, affir-  
mantque idem esse, ac, sacrificare. Quod per  
inde est, ac si dicant: Christum sacrificasse:  
quia Christus sacrificauit. At nos affirma-  
mus, in sanctissimo hoc instituto nihil repe-  
riri quod vel leuissimam coniecturam ex-  
terni sacrificij afferre possit: *Accipite, in-*  
*quit, comedite, bibite ex eo omnes, hoc facite quo*

tiescunque biberitis ad mei recordationem, &c.  
Ecquid est, obsecro, in his verbis quod ad  
externi sacrificij significationem vel tantu-  
lum accedat? Mihi credite, Pontificij: hoc  
vestrum est, non disputantis argumentum,  
sed febricitantis insomnium.

Sextus error in falso Consequentia. Verba  
enim Christi ad S. Cœnæ Sacramentum nō  
ad fictitium Missæ sacrificium pertinent.

*Incommoda* Iam superius Pontificiorum argumentū  
*perioribz*-incommodis vrgeamus.  
*ectionis.*

*Si in Christi verbis F A C I T E significat, sa-  
crificare; & H o c, ad actiones Christi referen-  
dum est, tum circa panem, tum etiam circa calicē  
(quemadmodū illi volunt) ergo id quod Christus  
fecit sacrificandū est, & ipse actiones Christi sunt  
sacrificande. Ad uuln. stultum, ridiculum.*

*Retorquetur  
objec̄tio supe-  
rior. in i p s o s* Denique retorqueamus in Pontificios lo-  
cum hunc quem nobis obiiciunt.

*Pontificios.* Si Christus S. Cœnæ mysterium instituens ins-  
fit nos facere quod fecit: neque tum dicitur Christus  
ullum externum sacrificium fecisse: certè in  
S. Cœnæ mysterio nullum à nobis externum sacri-  
ficium faciendum est. Item.

*Si facere significat sacrificare (quod illi à no-  
bis postulant.) Ergo nullū est sacrificiū in Missa.  
Consequentia patet. Sic enim Christus com-  
memorante Paulo: Hoc facite, quotiescunque  
biberitis ad mei recordationem, Atqui in Missa  
nulla est communio, præfertim calicis à quo  
plebē arcet Eccles. Rom. sacrificuli: cū tamē  
fideles*

fideles hoc facere iubeantur quotiescumque biberint, inquit, Paulus.

Nec verò audiendi sunt Pontificij qui hęc verba, *Hoc facite*, tradunt ad solos sacerdotes, vt vocant, pertinere. Nam apertè refelluntur ex hoc loco Pauli, verba Christi ad yniuersam Corinthiorum Ecclesiam accommodantis. Nec tamen negamus in hoc mysterio habendā esse vocationis vniuersitatis rationē quandoquidem nō licet cuius sacra symbola ministrare. Sed dū Pastores docēt, hortantur & Sacramenta ipsa administrant: populus autem attentè audit, & cum debita reverentia Sacramenta recipit: tota Ecclesia rectè dicitur præstare quod Christus iussit his verbis, *Hoc facite*. Nisi fortè velint S. Cœnam ad solos Pastores restringere, eò quod soli Apostoli cum Christo discubuerint, quum sacrum hoc mysterium fuit institutum. Item.

*Si facere significat sacrificare (que Pontificiorū est sententia) falsum est igitur quod illi ipsi dicunt sacrificium fieri in Transubstantiatione. Cōsequētia patet. Hoc facite, inquit, quotiescumque biberitis. Atqui, si illis credimus, Trasubstantiatio longè antecedit sumptionē sacramēti (ne nūc vrgeamus quod solus sacrificulus in Missa comedit & bibit.) Ex quo sit ut sumptio Sacramenti, sit ipsum sacrificium extēnum (quod illi nolunt, & reclamat Canon Missæ, in quo oblatio sacrificij antecedit*

*Pontificij verbum facite, ad solos Ecclēsie præfētos restringentes consuntur.*

ipsam mandationem) aut, facere, non significet sacrificare: quod tamen illi propo-  
nunt.

*Correctio su-  
perioris ob-  
sectionis.*

*1. Cor. II.*

*Matth. 26.*

Hunc igitur Pontificiorum errorem ita corrigamus.

Quandoquidem, ut Cœnæ D. mysterium rite celebretur, ad ipsum Christi institutum deueniendum est, ex Apostoli doctrina: & Christus S. Cœnam instituens nominatim dixit: **H o c F A C I T E:** quibus verbis iussit nos huic sanctissimo instituto planèadhære-  
re, ab eoque ita pendere, vt nullis homini-  
bus, quicunque tandem ij sint, miscere liceat  
sua commenta, quibus illius puritas vlo mo-  
do corrumpatur: Idcirco Missam Pontifi-  
ciam, quæ nihil habet cum hoc Christi insti-  
tuto commune: quippe quæ potius humanis  
additamentis mysterium Cœnæ Domini pe-  
nitutis corruptit, & in nouum & Scripturæ in-  
cognitum sacrificandi genus conuertit: o-  
ptimo iure, vera Dei Ecclesia ex Euangeli-  
cis præceptis reformata damnat atq; relictit.

Ex hac nostra Responsione facile tollitur sequens Pontificiorum obiectio, quæ à supe-  
riore manauit.

### *Obiectio 2.*

*Si quod fieri iussit Christus his verbis: H o c F A C I T E in meam commemorationem, id fieri imperavit ad oblationē in cruce factam commemo-  
randam ipsius facti similitudine, & hoc fieri non potest nisi per solam oblationem: Ergo Christus imperavit*

*imperauit ut sacrificium externum offerremus.*

*Verum est Antecedens.*

*Verum igitur Consequens.*

*Asumptum patet ex loco Pauli, Mortem 1.Cor.11.  
Domini annuntiabitis, inquit, donec veniat.*

*Responso.*

*Errores super  
rioris obie-  
ctionis.*

*Asumptum est falsissimum: ut perspicuum  
est ex illo ipso loco Pauli, quem tamen ipsi  
suffulciunt suo argumento. Sic enim Paulus:  
annuntiabitis, inquit. At, aliquid exprimere  
similitudine facti, non est annuntiare. Nam  
*καταγγέλλειν* ad prædicationem verbi Dei  
pertinet, non ad gesticulationes theatricas.  
Vrgēda est enim particula causalis, & apud  
Apostolum. Sic enim ille: *Hoc facite ad mei  
recordationem: quotiescumque enim ederitis pa-  
nem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Do-  
mini annuntiabitis donec veniat.* En tibi quo  
pacto fiat cōmemoratio mortis Christi: nē-  
pe, annuntiando: hoc est, prædicando. Quare  
primus hic error est, *παρὰ τὸ χῆμα τὰς λέξεως.**

Secundus error: falsa & absurdā interpre-  
tatio verborum Ch̄risti: quis enim hanc ex-  
positionem ferat? *Hoc facie, id est, repræ-  
sentate oblationem in cruce factam ipsius  
facti similitudine.* Ergo si bonos istos Gram-  
maticos audiamus: facere, significabit repre-  
sentare ipsius facti similitudine: &c, *Hoc,* si-  
gnificabit oblationem in cruce factam. At  
enim in argumento superiore nobis expo-  
nebant pronomen demonstrativum, *Hoc, de-*

G

actionibus Christi, tum circa panem, tum circa calicem. Obsecro: Num illæ Christi actiones fuerunt oblatio in cruce facta? Sic Pontificij disputatores, quod vna manu po-  
*Missalis An*nunt, altera tollunt. Nec mirum: cùm ea sit  
*Dabarismus.* mendacij natura vt scipsum destruat. Quintam si istis credamus: moriendum esset,  
 ut mortem Christi repræsentaremus: nul-  
 lam enim maiorem facti similitudinem vi-  
 deo.

*Rom. 6.  
Coloss. 2.*

Tertius error: παρὰ τὸ ἑτοίμενον. Nec enim sequitur, si Christus voluit mortem suam nobis aliqua similitudine in memoriam reuocati: idcirco similem oblationem esse faciendam. Nam, ecce, In Baptismo mortem Christi nobis in memoriam reuocari testatur Apostolus: nec propterea in Baptismo fit vlla similis oblatio: nec ipsi dicunt Baptis-  
 sum esse externum aliquod sacrificium. Cū autē in Cœna Domini ipsa signa, videlicet, panis & vinum atque imprimis ipsius panis fræctio, nobis in memoriam reuocet mortē & passionem Iesu Christi: externis hisce rebus, ab ipso Christo institutis contenti esse debemus: non autem temere & arbitratu nostro facta quædam extera comminisci, quæ tanti mysterij naturam & ysum penitus euertant.

*Incommo-  
& absurd.  
superiorisab-  
tectionis.*

Nunc Pontificios ad incommodum &  
 ad ueritatem adigamus.  
 Si simile sacrificium & simile oblationem  
 fieri

sieri necesse est, ut sacrificium Christi & oblatione in cruce facta significetur ergo nullum aliud signum est, quam sacrificium. Absurdum: cum etiam in Theologia signum latius pateat quam sacrificium. Isti autem negant mortem Christi posse aliter significari quam sacrificio.

Retorqueamus argumentum: *Si Christus praecepit ut oblationem quam ipse fecit in cruce pro nobis, facti similitudine in memoriam reuocemus:* Rectorque obiectio 1.  
*Ergo Missa non est ex precepto Christi instituta: quandoquidem nihil est in Missa quod ullam habeat cum passione Christi similitudinem.*

Consequentia patet. Nam in Missa ad voluptatem comparata sunt omnia: tantum ab est ut horribiles mortis Christi cruciatus illo modo significantur. Illic omnia lucent auro & gemmis: odores suauissimi incenduntur: aures musicis cantibus deimulcentur: altare ipsum mollissime stratum est. Quid plura? Si voluptas non habet doloris similitudinem: certe quae fiunt in Missa, morti & passioni Christi similia esse non possunt. Item.

*Si in Missa fit oblatione similis oblationi Christi: (uti dicunt) Ergo non est illa ipsa oblatione: quod tamen affirmant quoties urgentur Apostoli verbis, quibus docet unica Christi oblatione fideles esse consummatos: quae de re a nobis ante disputatum est.*

Quamobrem error ille ita corrigatur, ut dicamus: Christum instituisse S. Cœnæ Sa-

Correctio su-  
perioris ob-  
jectionis.

cramentum ad mortis suæ memoriam celebrandam: quippe cui nostra, tum obliuio, tū ingratitudo satis perspecta sit. Porro ipsum noluisse, ut nudis tantum signis sensus nostri afficeretur: sed imprimis (Paulo interprete) adhibendam esse synceram & perspicuam Euangelij prædicationem, quæ morte Christi & eius beneficia nobis inculcat & nos simul doceat, quæ sit vera signorum, quæ nobis in S. Cœna proponuntur, significatio: & quis sit legitimus ipsius Sacramenti usus.

## Obiect. 3.

Sacrificium exterrnum propriè dictum est, quin res aliqua peculiari modo immutatur & conficitur in eum finem, ut per ipsam commutationem concilietur Deo gloria.

Missa est eiusmodi.

Quare Missa est sacrificium exterrnum propriè dictum.

Minor patet: quia in Transubstantiatione separativim conficitur corpus & separativim sanguis: atque id speciem & similitudinem quandam mortis habet.

## Respons.

*Errores superioris obiect.* Maioris propositionis primus error est: quod, cum, ex præceptis τρόπῳ παιδείᾳ, prius definiri debeat, An sit, quam, Quid sit (quoties illud in dubium reuocatur) nōsque pernegemus, post unicum Christi sacrificium ullum exterrnum sacrificium in Ecclesia Christiana superesse: frustra laborent in assignan-

assignanda sacrificij externi definitione. Nā quod illi concludunt: etiam sublatis legalibus sacrificiis, superesse nihilominus externa sacrificia: quemadmodum, sublatis legalibus Sacramentis, supersunt noui Testamēti Sacra menta: periniquē faciunt. Vt enim ea sunt noui Testamenti Sacra menta, quæ Christus verbis expressis instituit: ita nobis ea supersunt sacrificia, quæ in sacris literis commendantur: nimirum spiritualia, non autem externa & realia, vt Pontificij estimant.

Secundus error: quod ea definitio quam proponunt, imperfecta sit: omissum enim est præcipuum membrum ipsius definitionis: nempe, institutum Dei: quod si absit, verum sacrificium esse non potest. Itaque, quum dicunt, *Peculiari modo res immutatur: addendum fuit: Et offertur Deo ex ipsius instituto.* Alioqui non video cur Ethnicorum sacrificia, vera sacrificia non fuerint. Sed de vocabulo sacrificij & de eius definitione iam antè à nobis disputatum est.

*Pontificij nō  
rectē defini-  
unt sacrifici-  
cium propriē-  
dictum &  
externum.*

Tertius error: quum dicunt, *rem aliquam immutari & confici:* quæ verba satiſ-ne rectē explicari possint, ipsi viderint. Cūm autem ideo instituta sit definitio, vt facilius doceat: & hæc Pontificiorum definitio sit, non tantum imperfecta, sed etiam obscura, secum pugnans, & inexplicabilis, nedum pos sit rem ipsam nobis explicare: relinquitur,

ut sit inepta definitio, & quæ definitio dici non debat.

Incommod.

C. absur. In  
prioris ob-  
iect.

1. Urgeamus in cōmodo. Si illud demum verum est extēnum sacrificium propriè dictum, in quo res quæ offertur non tantum immutari debat, sed etiā in confici siue fieri, ut dicunt. Ergo nullum unquam sacrificium legale veteris Testamenti fuit verum sacrificium propriè dictum, adiuvator.

Consequentia patet: quia in legalibus sacrificiis, res quæ offerebatur, non siebat: sed potius immolabatur & exūrebatur pro ratione sacrificij: nec ullus unquam sine risu cogitare possit, ex hac mirifica definitione consequi: In legalibus sacrificiis repente agnos, hœdos & vitulos fuisse factos, qui Deo offerrentur: aut, cineres, in quos holocausta conuertebantur, fuisse Deo in legalibus sacrificiis oblato. Item.

2. Si in Missa res immutatur & conficitur, hoc Pontificij ad suam Transsubstantiationem referunt: Ergo res una eadēque est substantia panis, & substantia corporis Christi (abst. dīcto blasphemia.) Consequentia patet: Nam devna eadēque re dicuntur hæc duo, immutari, & confici siue fieri. At id quod immutatur (vt isti volunt) est substantia panis & vini: quod vero sit, siue conficitur, est corpus & sanguis Christi (ex eorum sententia) Quorsum igitur res hæc euadat, facile est videre.

Iam argumentum retorqueamus hoc modo: *Si ea est natura sacrificij Missa, vires offerebuntur obiect.*  
*da, siue, victimam immutetur (ut Pontificij definitum) & vi Transubstantiationis substantia panis immutatur, non autem corpus Christi (ut illi ipsi volunt). Ergo in Missa substantia panis offertur Deo, non autem corpus Christi. Aut, si corpus Christi offertur. Ergo Christi corpus immutatur, ad ualv. Item.*

*Si separatim corpus & sanguis conficiuntur vi Transubstantiationis: aut haec separatio fit vere, aut, non vere. Si vere: Ergo Christus vere occiditur (quod absit) Nam eiusmodi separatio sine morte fieri non potest. Si non vere: non fit igitur vere Transubstantiatio. Item.*

*Si separatim corpus & sanguinem conficiuntur vi Transubstantiationis, efficit, ut sacrificium sit in Missa, quoniam illud habet quandam mortis similitudinem: ergo in Missa non est vera sacrificium, sed tantum species & imago sacrificij. Item.*

*Si propter concomitantiam sanguis à corpore Christi separari non potest, nec vicissim corpus à sanguine (ut Pontificij tradunt) falsum est igitur quicquid illi supra dixerunt de corpore separatim confecto, itemque de sanguine: ac propterea falsum est etiam quod proponunt de mortis similitudine, qua tamen volune suum Missae sacrificium nitit.*

*Quamobrem Syllogismi Pontificiorū eratores ita corrigamus. Sacrificium externum propriè dictum, est, sacra cæmeronia à*

*Vera defini-* Deo instituta, qua pios maiores vti voluit an  
*tio Sacrificij* te aduentum Christi: vt ea ratione, tū ad pœ-  
*externi pro-* nitentiam, tum ad fidem ipsius Christi ven-  
*priè dicti.* tur (cuius externum sacrificium typus erat)  
 excitati, cultum Deo gratum acceptumque  
 exhiberent. Cūm autem Christus aduentu  
 suo, atque imprimis eo sacrificio quod se-  
 mel in cruce pro nobis obtulit, omnes typos  
 & figuras veteris Testamenti abrogauerit:  
 nullum externum sacrificium propriè dictū  
 in Ecclesia Christiana relictum est. Ac pro-  
 inde dogma Pontificiorum de Missæ sacrifici-  
 o, humnanum est commentum: quo luci &  
 veritati Euangelicæ, & ipsius Christi exhibi-  
 tioni, perfectissimōque eius sacrificio,  
 quoad eius fieri potest, derogatur.

## Obiect. 4.

Heb. 5.

*Omnis Pontifex sive sacerdos ex hominibus*  
*assumptus pro hominibus constituitur in iis que*  
*sunt ad Deum ut offerat dona & sacrificia pro*  
*peccatis, inquit Apostolus, Ergo, etiā temporis*  
*bus novi Testamenti, sunt sacerdotes constituti*  
*qui offerant dona & sacrificia pro peccatis.*

Consequens patet: *Quia tempus praesens surpatetur ab Apostolo: Constituitur, inquit, & Propositio est universalis.*

## Responsio.

*Errores super-  
 rioris obiect.  
 Locus obie-  
 ctus expomi-  
 tur.*

Falsum est Consequens. Error est falsa ex-  
 positio loci Apostoli. Perspicuum est enim  
 Apostolū illic agere de Pontificibus veteris  
 Testamenti, vt eos cum Christo compareta-  
 idque,

idque, non ut solam similitudinem inter eos esse doceat: sed potius, ut Christum Pontificibus veteris Testamenti, infinitis partibus, anteponat. Sed præstat singulos errores false illius interpretationis, saltē crassiores redarguere.

Primus error: dum ita legunt apud Apostolum: *Omnis Pontifex sive sacerdos*. Nam si de summo sacerdote intelligunt (quo sensu nos Christum dicimus esse noui Testamenti sacerdotem) bene habet. Sed non video quā sacrificulos innumerabiles iuuare possit hæc sententia: quandoquidem de eo sacerdote loquitur Apostolus, quē vnum, & solum (quandiu vixerit) esse oporteat. Quod si nomen sacerdotis latè exponunt pro omnibus sacrificij faciendi Ministris, procul ab Apostolo recedunt. Sic enim ille πάτερ ἀπόστολος inquit, hoc est, summus sacerdos.

Secundus error: quod vniuersalem sententiam Apostoli non ad legales Pontifices restringant: Cūm tamē apertè subiiciat Apostolus: *Sicut & Aaron*, inquit: vt iam dubitari non possit, quin ibi sermonem institerit de veteris Testamenti Pontificibus. Porro constat, Christum comparari cum omnibus illis Pōtificibus, de quibus loquitur Apostolus, ut perspicuum est ex his verbis quæ paulò pōst sequuntur: *Ita & Christus*, inquit, &c. quæ omnia miror ab istis non animaduersa.

Nec illis fauet præsens tempus illic usurpatum ab Apostolo. Quum enim de rebus præteritis differimus, solemus præsens tempus usurpare, ut ita res ipsas ante oculos proponere videamur. Sic idem Apostolus: *Et ijs quidem qui sunt ex filiis Levi sacerdotio fungentes, præceptum habent decimarum accipendarum à populo secundum legem.* Item: *Hic quidem homines qui moruntur decimas accipiunt.* Item. *Lex homines constituit Pontifices infirmos.* Item. *In prius quidem tabernaculum, quo quis tempore ingrediuntur sacerdotes qui ritus absunt: In secundum autem semel quotannis solus Pontifex non sine sanguine quem offert pro se pso & pro populi erratis.* Item. *Omnia secundum legem sanguine purificantur.* Item. *Lex urabram obtinens futurorum ijs hostiis quas singulis annis easdem offerunt: nunquam potest accedentes sanctificare.* Item. *Nunc autem meliorem expetunt: & sexcenta eiusmodi, quæ si quis velit ad noui Testamenti tempora accommodare, propter verba præsentis temporis in his omnibus locis usurpata: ille profectò in errore crassissimo versabitur.* Quamobrem Apostolus ea quæ olim fieri solita sunt, per verbum præsentis temporis expressit, loquendi genere passim usitato.

*Incommoda  
et ab usurpato obiect.* Hoc igitur incommodo Pontificios urgeamus. Si propositio Apostoli esset plane universalis: ergo Christum etiam comprehendere.

ret: At hoc falsum esse perspicuum est ex iis quae sequuntur apud Apostolum. Quid & ipse circundatus sit infirmitate, & propter hanc debeat, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis, id inveni & blasphemū. Sic enim idem Apostolus, Cuz non sit quotidie necesse sicut illis Pontificibus prius pro peccatis propriis victimas offerre, &c.

Retorqueamus locum Apostoli in Pōtificios <sup>Retorquetur obiect.</sup> hoc modo: Si Apostolus in ca. 5. Epi. ad Heb. adeoq; tota illa epistola ita tractat de sacerdotibus omnibus externa sacrificia offerentibus, ut, solos legales sacerdotes cōmemoret & Christū aeternum sacerdotem legalibus illis sacerdotibus adumbratum: nec ullos proferat mortales homines qui in Ecclesia Christiana sacerdotes dici debeant: Certe, si cum Apostolo loqui & sentire velimus, nullos agnoscemus mortales sacerdotes Ecclesie Christiane.

Sic igitur falsa Pontificiorum interpretatione videtur esse corrigenda. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae apud Deum [agenda sunt] ut offerat donaria & victimas pro peccatis, inquit Apostolus: hoc est: Ea fuit ratio Pontificum veteris Testamenti, ut quisquis esset legitimus Pontifex, is, ex præscripto legis, ex hominibus assumiceretur, & constitueretur ad eos ritus erga Deum obeundos, qui continebantur in lege, atque imprimis, ut offerret donaria, & victimas pro peccatis, &c.

Correctio Sa  
per. obiectio  
nis & false  
interpretationis.

## Obiectio 5.

Heb.8.

Omnis Pontifex ad offerendum munera & hostias constitutur. Unde necesse est hunc (nempe Christū) habere aliquid quod offerat, inquit Apostolus. Ergo Christus se quotidie offert in cœlis pro nobis. Consequentia patet ex verbis illis. *Habere, & offerat: que non rem præterit am sed præsentem significant.* Adde que aliquantò post sequuntur. Non in manu facta Sancta Iesus introuit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Heb.9.

## Responso.

Errores Jupi-  
tis Obiectio-  
nis.Locus obie-  
ctus exponi-  
tur.In Cap.8.  
Epist.ad  
Hebr.

Nec

Nec enim Christus fuit terrenus & legalis sacerdos, qui ex prescripto legis sacrificium offerret: sed novo & perfectissimo sacerdotio defunctus, quum seipsum in cruce obtulit, finem imposuit legali sacerdotio: quo stante, Christi sacerdotium stare nō posset: quia figura cum veritatis exhibitione simul esse non potest.

Alter error in alio loco quem subiiciūt, non minus corrupto, falsa ipsorum expositione. Nam, apparere vultui Dei pro nobis, non est seipsum offerre & sacrificare: quandoquidem illud est huius effectum: quod facile fuit colligere ex ipsa serie contextus: *Ingressus est*, inquit, *m ipsum cælū* [videlicet posteaquam factus est victima pro peccatis nostris] *ut appareat in conspectu Dei pro nobis*. Sic Paulus, *Christus qui mortuus est*, inquit, Rom. 8: imò vero qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam postulat pro nobis, & alibi. *V nus est mediator Dei & hominum homo* 1. Tim. 2, *Christus Iesus qui semet ipsum dedit redemptio- nis pretium &c.* Adde quæ paulò post sequuntur apud nostrum Apostolum: *Vna*, inquit, Heb. 10: *pro peccatis oblata victima, in perpetuum sedet ad dextram Dei: Προσεύχεται, hoc est, posteaquam obtulit: non autem assidue oblaturus ut isti somniant.* Ceterum ut omnes videant quām sincerè ex Scripturæ locis argumententur, audiamus ea quæ continuò subiicit Apostolus, *Neque inquit, ut sape offerat se-* Hebr. 9.

## XII DE VNICO CHRISTI SACRIF.

metipsum, &c. Quid autem Pontificij? *Vt sapientia offerat semetipsum*, inquit. Et hoc est, scilicet, ex Apostoli loco argumentari. Quamobrem satis crit hoc uno incommode longe grauissimo superiorem obiectionem obruere.

*Incommode abhurd. superioris obiectionis.* Si sacrificium Missæ ex eo sit quod Christus appareat nunc in conspectu Dei pro nobis (quod Pontificij audent affirmare) & Christus assidue pro nobis appareret in conspectu Dei, quanvis Missa non assidue celebretur (quod Pontificij non audent negare:) Sequitur: sacrificium Missæ sine Missa sacrificio esse posse. Ita facile redarguitur superior obiectio, adhibito instrumento artis differendi, *εξ αὐτού μερέα:* quod est verum ac proprium flagellum eorum obiectionum quas Pontificij nobis opponunt.

### Obiectio 6.

Heb. 9.

Neceſſe est exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam ipsis, inquit Apostolus, hoc est, pluribus Missarum oblationibus. Ergo in Missa fit verum & externum sacrificium. Consequentia patet, quia nomine cœlestium intelligit Ecclesiam & loquitur de hostiis, plurali numero.

Errores superioris obiectionis.

Responſio.  
Falsum est Consequens. Error idem qui supra

suprà; nempe, falsa loci Apostolici expo-  
sitio. Primum enim, vocabulum, *θυσίας*,  
ab Apostolo usurpatum, perperam illi ex-  
ponunt de Missarum oblationibus: quia  
vocabulum illud significat victimam: ob-  
lationem autem significare Apostolus solet  
vocabulo *τέρποντα*: Atque illa duo distin-  
guenda sunt, ut patet ex eodem Apostolo: Heb. 10,  
*Sanctificati sumus*, inquit, *per oblationem*  
*corporis Iesu Christi semel*. ubi vides, cor-  
pus Christi esse victimam, cuius semel ob-  
lato facta est. Quare nomen hostiæ in hoc  
loco retinendum fuit: quod agnouit e-  
tiam vetus Interpres. Quia verò locus hic  
tum à veteribus tum à recentioribus, adeo-  
que ab ipsis Scholasticis Doctoribus variè  
fuit expositus (quorum tamen nullus, qui  
modò Doctoris nomen mereatur, voca-  
bulum *θυσίας* de Missarum oblationibus  
intellexit) neque patitur instituti nostri  
ratio, ut varias interpretationes, vel pro-  
feramus, vel excutiamus: nobis satis erit,  
nouam hanc, falsam & *ἐτερόδοξη* interpre-  
tationem, incommodis laceratam, ex huius  
disputationis theatro explodere.

Cùm per *cœlesti*: Pontificij intelligent *Incommoda*  
Ecclesiam post aliquot interpretes: aut Ec-  
clēsiam veteris Testamenti simul cum Ec-  
clesia Christiana comprehendunt: aut,  
non: Si non comprehendunt: nos sic ratio-  
cinamur.

*& absurdum  
per obiectum  
nis.*

Syllog. ana. I Quaecunque non mundata sunt melioribus  
illis hostiis de quibus Apostolus locutus est: ea  
nullū habuerūt accessum ad cœlestē hæreditatē.

Ecclesia veteris Testamenti nō mundata  
est meliorib⁹ illis hostiis, &c. (inquiūt illi.)

Ecclesia igitur veteris Testamenti nullū ha-  
buit accessum ad cœlestē hæreditatē, & dūdātor  
& perabsurdum.

Hebr. 10. Maior est perspicua ex his Apostoli ver-  
bis: Lex umbram obtinens futurorum, ijs hostiis  
quas singulis annis easdem assidue offerunt, nun-  
quam potest accedentes sanctificare: Item.

Heb. 7. Nihil sanctificauit Lex, & alibi. Dona sacri-  
ficiaque offeruntur que non possunt conscientia  
sanctificare cultorem, &c.

Heb. 9. Si malint veterem etiam Ecclesiam vñā  
cum Ecclesia Christiana comprehendere:  
nos rursus sic agemus.

2 Si Israëlitica Ecclesia mundata etiam fuit  
melioribus illis hostiis de quibus Apostolus locu-  
tus est: nec tamen fuit mundata Mißarū obla-  
tionibus: certè meliores illa hostiæ de quibus lo-  
catus est Apostolus, non sunt Mißarum obla-  
tiones. Item.

3 Si verum est quod Pontificij dicunt, in Mißa  
non plures esse hostias, sed vnam tantum: & lo-  
cum hunc Apostoli exponunt de pluribus hostiis:  
certè perperam hunc locum ad suam Mißam  
accommodant. Discant enim ex Prima Philosophia  
præceptis, quenam sit inter unum & plura  
contrarietas, Item.

*Si locus Apostoli de pluribus hostiis esset intelligendus: ipse sibi contradiceret (quod absit.) Consequentia patet, Quia statim subiicit in illo ipso loco: Neque, inquit, ut saepe offerat semel ipsum, &c. Ex quo efficitur, & Christū esse vnicam victimam: & vnicæ illius victimæ vnicam quoque fuisse oblationem: ut & alibi. Una pro peccatis oblata victimam, in perpetuum sedet ad dextram Dei, &c.*

*Aut Apostolus in hoc loco oblationem Christi in cruce pro nobis factam intellexit: aut non. Si non intellexit: Ecclesia igitur non est mundata morte Christi (quod absit) ne mihi urgenda sint quæ sequuntur apud Apostolum. Ex quibus manifestè colligitur ibi agi de unico Christi sacrificio. Si intellexit: quorsum igitur plures Missæ oblationes?*

Quamobrem ita corrigamus errorem istius objectionis.

Apostolus pluralem numerum in hoc loco pro singulari usurpauit: ed quod in comparatione legalium victimarum versabatur. Hinc factum est, ut numerum multitudinis in uno comparationis membro usurpatum, in altero retinuerit. Ceterum, pluralem numerum saepe pro singulari usurpari in Scriptura, manifestum est: de qua enallage Doctores, praesertim Hebræi consulendi sunt.

Sed quia fortassis ægrè ferunt à nobis corrigi: saltem suorum magistrorum vocem au-

correctionis  
perioris abs-  
iecta.

diant. Sic enim Thomas, locum hunc Apostoli enarras: *Dicit, Hostiis, in plurali, inquit.*  
**In cap. 9. Ep. ad He.** *Contra: Qui tantum est una hostia Christi: infra: Una enim oblatione consummavit in perpetuum sanctificatos.* cap. 10. *Respondeo: licet una sit in se: tamen pluribus hostiis veteris legis figurabatur. Hec Thomas, posteriorum monachorum imperitiam pro nobis redargues.*

## Obiectio 7.

**Heb. 7.**

*Translato sacerdotio necesse est ut legis translatione fiat, inquit Apostolus. Nulla igitur lex Dei sine sacerdotio esse potest. Et vi Consequentis: lex Evangelica non potest esse sine sacrificio. Hoc autem sacrificium, est sacrificium Missæ.*

*Consequentia patet propter relationem sacerdotij & sacrificij.*

## Responsio.

**Errores superioris obiectionis.**

Nolo ad vivum refecare istud concludendum genus: quandoquidem (quod ad rem ipsam attinet) nemo nostrum hactenus negauit sacerdotium noui Testamenti. Sed vim ista Consequentis plane repudio. Error est duplex, nempe παρό τὸ ἐπίμενον & Petitio principij. Nec enim sequitur: si aliquid est noui Testamenti sacerdotium: ideo in Missa fieri verū & externum sacrificium. Atque id est de quo inter nos queritur, & quod hic proponitur non probatum, sed tanquam postulatum. Nos vero affirmamus, Christū esse

vnicum & eternumque sacerdotem noui Testamēti: eiūsque sacrificium in cruce peractū, esse vnicum, verum & reale ac propriè dictū noui Testamēti sacrificiū, ad Christi eternū sacerdotium relatè dictum. Atque ita uno verbo vana hæc obiectionis Pontificiæ bullia in ventos abiit: quam nos etiam subiectis aliquot incommodis redarguamus.

*Si verum esset & necessarium sacerdotes Pon-* Incomm. &  
abjurd. super-  
rioris obiect.  
*tificios esse veros sacerdotes, & in Missa fieri ve-*  
*rum & externum sacrificium, quia nouum Testa-*  
*mentum non potest esse sine Sacerdotio & sacri-*  
*ficio: Sequeretur, solos Pontificios sacerdotes esse*  
*veros sacerdotes noui Testamenti & Missa sa-*  
*cificium esse solum noni Testamenti sacrificium,*  
*nec ullum aliud posse reperiri. Quod si recipia-*  
*tur (absit dicto blasphemia) nec Christus esset*  
*sacerdos, nec ei us sacrificium in cruce factum, es-*  
*set sacrificium noui Testamēti. Ad uāl̄v, blasphe-*  
*mum, impium. Item.*

*Si verum sit: non posse esse sacerdotium quin* 2.  
*simul fiant externa sacrificia (quod isti volūt.)*  
*Certe stare non poterit hoc argumentum Aposto-*  
*li: Silex plane accedentes sanctificasset, nonne, Heb.10.*  
*(inquit) hostię defūssent offerri? Hoc etiū mīstra-*  
*re non poterit quod ait idem Apostolus: Vbi Ibid.*  
*est remissio, non esse amplius oblationem pro*  
*peccato. Item, Unica oblatione consummatos Ibid.*  
*fuisse eos qui sanctificantur. Item, Non ut Heb.9.*  
*saepè offerat semetipsum, inquit, & pleraque fa-*  
*milia.*

Retorqueamus locum Apostoli in ipsos Pontificios, hoc modo.

*Retorquetur  
objecit.*

- 1 Si Christus aeternus sacerdos secundum ordinem Melchisedec suo tempore nobis exhibitus mutauit, tum legem, tum sacerdotium legis, quod quidem externum erat & sacrificiis externis unicū & perfectum Christi sacrificium representabat: Ceteri ferendi non sunt qui externum hodie sacerdotium & externorum sacrificiorum usum in Ecclesiam volunt reuocare. Item.
- 2 Si vetus sacerdotium translatum est, non in sacrificulos Pontificios, sed in Christum unicum Ecclesiae Christiane Pontificem: & sacrificia legalia, in unicum ipsius Christi sacrificium: ut in hoc loco Apostolus copiosè confirmauit: certè locus hic Apostoli ad euertendum, non ad stabilendum Missa sacrificium accommodandus est. Quam obrem huius loci à Pontificiis detorti corruptique nos ita verum sensum restituamus.

*Correcitio su-  
per. obiect.* Posteaquam Christus sacerdos in aeternū secundum ordinem Melchisedec nobis fuit exhibitus: unico illo sacrificio quod in cruce pro peccatis nostris obtulit, vetus sacerdotium & legalia omnia sacrificia abrogauit: eorum omnium substantia in ipso Christo remanente. Ut igitur legale sacerdotium suam rationem, modum, ritus denique suos habuit: ita noui Testamenti sacerdotium suam habet rationē, longè legalibus omnibus figuris præstantiorem. Nam in veteris Testimenti sacerdotioplures fuere sacerdo-

tes,

tes, iidemque mortales, & plura sacrificia; at sacerdotij noui Testamenti hæc estratio & natura, vt vnu sit sacerdos, idemque æternus, nempe Christus: & vnicum sit, nempe Christi sacrificium, quo semetipsum in cruce pro nobis obtulit, factus sacerdos simul & victimæ: cuius quidem sacrificij semel facti & nunquam iterandi perpetua est efficacitas.

## Obiectio 8.

*Agnus Paschalis fuit figura mysterij Eucharistie: & Agnus ille sacrificandus erat & offerendus. Ergo in mysterio Eucharistie Christus est sacrificandus & offerendus.*

Consequentia pater: quia oportet inter figuram & veritatem esse similitudinem. Assumptum confirmat Paulus 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus.

## Responsio.

Falsum est Consequens: tum propter sua, Erros superioris obiecti. tum propter Antecedentis vitia. Quod vt magis fiat perspicuum, agè, excutiamus Antecedens.

Duo proponuntur in Antecedente: vnum, agnum Paschalem fuisse figuram mysterij Eucharistiae: Alterum, Agnum Paschalem sacrificandū & offerendum fuisse. De utroque sigillatim nobis agendum est. Agnum Paschalem fuisse typum & figuram Christi, cuius sanguis semel pro nobis effusus nos ab æterno exitio liberavit, agnoscimus. Rursus

agnoscimus, Christum nobis offerri in sacro  
 Cœnæ Dominice mysterio: sed non video  
 quinam inde colligi possit, Agnum illum  
 fuisse figuram mysterij Eucharistie: siqui-  
 dem propriè loquimur, uti decet, quo-  
 ties de rebus Theologicis accuratae dispu-  
 tationes instituantur: licet non ignore-  
 mus aliquot ex veteribus ita locutos fuisse:  
 qua de re suo loco nobis agendum erit.  
 Iam expressi sunt loci, ex quibus facile in-  
 telligi potest, Agnum Paschalem Christum  
 ipsum representasse: adeò ut ab aperta  
*Scriptura* sententia nobis recedere non li-  
**i. Cor. 5.** ceat. *Pascha nostrum* ( inquit Paulus ) *pro*  
*nobis sacrificatum est*, nempe, *Christus* ( id  
**Exod. 12.** quod non sua sed nostra causa citarunt  
*Pontificij* ) &, *Non confringetur ullam os i-*  
*p̄f̄s̄iū*, inquit Moses de Agno Paschali quod  
**Ioan. 19.** in Christo impletum fuisse docet Ioannes.  
 Quare ita statuendum est ex Theologicis  
 principiis: sacramenta veteris Testamenti  
 figurasse, non nostra sacramenta, propriè:  
 sed Christum ipsum: quem etiam ipsa no-  
 ui Testamenti sacramenta nobis propo-  
 nunt. Sit igitur hic Pontificiorum error:  
~~τευδογραφημα~~ in Theologia: aut certè, qua-  
 cunquetandem id interpretatione leniatur,  
~~αινυρολογια~~.

Addunt, Agnum Paschalem fuisse sacri-  
 ficandum & offerendum: quod quatenus ve-  
 rum sit, dispiciendum est. Agnum illū fuisse  
 mactan-

mactandum, passim legimus: sacrificandum, verò sacrificio propriè dicto, nusquam vides. Vocatur, inquis, Courban. Certè: sed hoc nomen generale est, quo legales omnes oblationes significabantur, ut videre licet Leuit. cap. 1. ver. 3. 10. 14. & cap. 2. ver. 1, 4. 5. 7. 14. & sexcenta similia. Vnde Marcus: Corban, quod est donum, inquit. Amplius dico: ipsum etiam nomen, Zenach (cuius usus est frequentissimus in sacrificiis propriè dictis) aliquando usurpari in cæremonia Agni Paschalisi, idque propter mactationem: Sed non propterea vetus illa cæremonia fuit unquam numerata inter sacrificia externa & legalia, quæ quidem propriè sacrificia dicta sunt.

Cum igitur Zenach non tantum significet sacrificium propriè dictum, sed etiam aliquoties ita latè sumatur, ut etiam spiritualia sacrificia significet (vt: *Sacrificans confessio-* Psal. 50, *nem.* Item, *Sacrificia Deo grata Spiritus con-* Psal. 51, *fractus, &c.* in quibus locis vocabulum illud usurpatur) non rectè colligitur: Agnum Paschalem fuisse sacrificium propriè dictum, eo quod aliquando vocatur vel oblatio, vel sacrificium: Et hic error est παρετριῶν ὀμονυμίαν. Quid ergo? nimis ut diuidicemus, quænam sint sacrificia propriè dicta, adeoque pro peccatis oblata (de quibus agunt Pontificij, quando vobis suam Missâ esse verum & exterrnum sacrificium propriè

*Ceremonia  
agni Pascha-  
lis non fuit  
sacrificium  
externum  
propriè di-  
ctum.*

*Missalis An-  
dabatimus.*

dictum & propitiatorium pro peccatis) non ex solo vocabulo ratiocinandum est. sed ex ipsa sacrificiorum propriè dictorum institutione. Ex quo fit ut dicamus, Agnum Paschalem non fuisse sacrificium propriè dictum: quandoquidem nec à solis sacerdotibus, nec ad altare mactabatur, nec aliquid obseruabatur eorum quæ Dominus facienda præcepert in sacrificiis offerendis. Ipsi autem Pontificij, quum sacrificium propriè dictum definiunt, nominatim hæc addunt: *Quum à delecto Ministro offertur*: adeò ut se ipsi refellant & pro nobis ad suam hanc obiectionem respondeant. Et certè, quanquam omnis cultus Deo, ex ipsius præscripto, exhibitus, suo modo, oblatio, donum & sacrificium spirituale dici potest: tamen diligenter considerandum est, quidnam fuerit in legalibus cæremoniis præcipuum ac primarium, ut inde despicer liceat, quænam fuerint vera sacrificia in ipsa Dei lege instituta. In Agno Paschali, mactatio quidem videbatur ad vera sacrificia accedere, in quibus victimæ mactabantur: sed nemo non videt agnum fuisse mactandum, non ut Deo offerretur, & sacrificaretur (nulla enim ne minima quidem particula: Deo consecrabatur, quod in victimis legalibus solitū erat) sed ut ex eo Israëlitæ vescerentur: ut perspicuum est ex ipsa institutione Exod. 12. & Num. 9. *Celebrabit,* inquit, *Pascha cum azymis & herbis amari-*

*come-*

comedent illud, &c. Quinetiam (quod à Pontificiis, vel non animaduersum, vel neglegitum fuisse miror) quum Pharao permitteret Israëlitis sacrificium Deo facere, dummodo in AEGypto sacrificarent: negauit Moses id rectum esse, & aperte negauit Is- Exod. 8. raelitas in AEGypto esse sacrificaturos. At enim Israelitæ Pascha in AEGypto celebra- runt, ut testatur sacra historia. Quid igitur dubitationis superesse potest, quin cæremonia agni Paschalis fuerit à sacrificiis distinguiendā? Sed de Antecedente huiusce obiectionis, nimis iam multa.

Consequēs igitur rectè negauimus: quod quidem peculiarem etiamnum errorem habet παρὰ τὸν ἀγνοῶν τὸν εἰληφθεῖν. Peccatur enim in ratione temporis. Ecquenam est enim hæc consecutio? Agnus Paschalis erat olim immolandus: ergo, Christus hodie immolandus est: propterea quod Agnus ille fuit figura iam pridem exhibiti Christi. Imò vero nisi ad Iudeos Pontificij transiunt ita concludendum est potius: Christum fuisse quidem olim pro nobis immolandum: nūc vero immolatum fuisse: quemadmodum exponit Paulus, optimus veterum & legalium cæremoniarum interpres. Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est (nempe) Christus. Non dixit, sacrificandum est, vel, immolandum, vel, offerendum: sed, sacrificatum est, inquit. Tum addit. Itaque festū agitemus;

non fermento veteri, nec fermento malitiae & ne-  
quitiae, sed non fermentatis panibus synceritatis  
& veritatis. hæc ille: quibus nos præclarè  
docet, quinam fructus veteris illius cære-  
moniæ in Ecclesia Christiana remanserit.  
Nō enim, sacrificemus Christum, dixit, sed,  
festum agitemus, eo, videlicet, modo, quem  
subiicit, synceritate & veritate: vbi nihil  
externum, nihil crassum, sed omnia spiri-  
tualia nobis proponit.

*In ommoda  
& absurd.  
Superioris  
objectionis.*

Sentiant igitur Pótificij incommoda suæ  
istius Conclusionis.

*Si consecrarium est: Christum esse immolan-  
dum, eo quod Agnus (qui figura Christi fuit)  
olim immolari solitus est: Ergo re vera Christo  
etiamnum hodie moriendum est: & eius sanguis  
verè fundendus. Quia mælatio agni veram &  
realem Christi mælationem & mortem signifi-  
cauit: quemadmodum ex Apostolo audiuimus,  
ad ualor. Item.*

*Siverum est Christum esse immolandum ho-  
die & offerendum, ut veritas figura agni Pa-  
schalis respondeat: Ergo Christus sua morte non  
impluit legales typos & figuræ, ad ualor, bla-  
phemum, impium. Item.*

*Ergo stare nō possunt hec Christi verba (quod  
ablit) de ipso agno Paschali differentis: Dico  
vobis me non amplius comesturum ex eo: donec  
completum fuerit in regno Dei. Quibus verbis  
declarauit, veterem illam figuram morte  
sua implendam fuisse: adeò ut qui adhuc  
implen-*

implendam illam vrgeat, is mortem Christi neget, quātūm in ipso est. Qui quidem vñus est ex præcipuis Missæ fructibus.

Sed iam Pontificiorum obiectionē hoc modo in ipsos retorquemus.

*Si ex instituto Dei nihil reseruandum erat ex Rectorum agno Paschali: & Pontificij hostias in ipsorum Missa consecratae & pixide inclusas diligenter seruant: Ergo Agnus Paschalis non fuit figura sacrificij Missæ. Item.*

*Si Agnus Paschalis erat figura Christi, ut docet Apostolus: (quem citant Pontificij:) & Agnus ille sacrificabatur (id quod isti vehementer urgunt) & Christus morte sua legales omnes figuræ implevit (quod omnes vere Christiani agnoscent:) Ergo Christus non est amplius sacrificandus: & vi consequentis ruit Missæ sacrificium.*

Supereft ut corrigamus Pontificiorum argumentum, in hunc modum.

*Agni Paschalis cæremonia (ut & reliqua veteris Testamenti sacramenta) ad Christum spectabat: ac propterea in uno Christo desit: qui sua morte ac resurrectione veteribus & legalibus cæremoniis finem impo-<sup>Corrigit  
obiecit.</sup>suit: ipsarū cæremoniarū substantia in ipso Christo remanente. Vetus autē illud Sacra-  
mentū, præter rei præsentis circūstantias, si-  
gnificabat etiā aliquando futurū, vt Christi sanguis pro nobis effunderetur, cuius ea est efficacitas, vt nos à Satana & ab inferorum*

124 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

<sup>s.Cor.5.</sup> potestate sartos tectos conseruet. Præterea in Agni Paschalis celebratione adumbrabatur piorum hominum sanctimonia & integritas & ea quæ ad pœnitentiam carnisque mortificationē pertinent, quemadmodum Apostolus nobis exposuit. Sacramentū autem Cœnæ D. ipsum quidem Christū nobis proponit: sed non immolandū: imò potius semel pro nobis sacrificatū & oblatū Deo: ut eum vera fide ac pœnitentia, recipientes, à tenebrarum potestate liberemur.

Obiectio 9.

*Omnia sacrificia à Prophetis prædicta, sunt legitima.*

*Sacrificium Missæ fuit à Prophetis prædictum.*

*Quare sacrificium Missæ est legitimum.*

*Maior est perspicua. Minorem probant loci sequentes.*

<sup>Psalm.110:</sup> *Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec, inquit David de Christo prophétans. Ergo necesse est aliquod sacrificium in Ecclesia Christiana remanserit. Consequentia patet, quia sacerdos infert sacrificiū. Christi autem sacerdotium est perpetuum. Rursus: nisi se Christus sacrificauerit in Cœna incruentè sub speciebus panis & vini: certè Christus nusquam functus est sacerdotio secundum ordinem Melchisedec. Nam Melchisedec obtulit Deo panem & vinum ita commemorante Mose, nec unquam fit mentio*

mentio ullius sacrificij cruenti quod Melchisedec Deo obtulerit.

*Responsio.*

Iam nos Pontificij adoriuntur Prophetarum testimoniis. Sed cum perspicuum sit ex superioribus, adeoque ex locis Apostolicis quos illi nobis obiecerunt, nusquam istud Missæ sacrificium fuisse institutum: sequens Pontificiorum disputatio vna conclusione tolli potest, quam nos ita paucis comprehendemus.

*Quaecunque Propheta prædixerunt ad fidem superiori syllabet salutem Ecclesia, & ad tempora noui Testamenti pertinentia; ea Apostoli suis scriptis non proposuerunt, sed etiam copiosè explicarunt.*

*Sacrificium Missæ Apostoli suis scriptis non turgent, nemum illud copiosè explicarint.*

*Quare sacrificium Missæ Prophetæ non prædixerunt: quippe quod nec ad fidem & salutem Ecclesia, nec ad tempora noui Testamenti pertineat.*

Nunc singulos locos expendamus quibus freti Pontificij nobis Prophetas, scilicet, opponunt; ac primùm de Melchisedeco nobis agendum est.

Vnum in Ecclesia Christiana esse sacrificium, nempe quod Christus æternus sacerdos secundum ordinem Melchisedec pro nobis semel obtulit, & cuius sacrificij semel

peracti perpetua est virtus & efficacia: nos agnoscimus. Sed negamus inde effici Christum esse saepius, idque in Missa, sacrificandum: neque hanc suam consequentiam isti probant. Si sacerdos est, inquit, est igitur sacrificium. Certè: sed quemadmodum sacerdos aeternus est, ita huius aeterni sacerdotis sacrificiū non est metiendum ex sacrificiis in veteri lege & ante legē scriptam usurpati: id quod saepe antea confirmavimus ex Apostolo ad Hebræos scribente. Hæc est igitur natura sacrificij Christi, ut semel tantum fieri debuerit: & semel factum, vim nihilominus habeat perpetuam. Atenim, inquit, si Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec: Christus igitur se se sacrificavit in cruentè in Cœna. Qui tandem, obsecrò? Quandoquidem simile quoddam sacrificium Melchisedec obtulit: inquit. Hoc igitur quam vim habeat, iam nobis considerandum est. Prichisedeci ad mūm cùm hunc locum Davidicum Apo-  
Misse sacrificium trahi non potest.  
 stolus copiosissimè persecutus fuerit, & comparationem Christi cum Melchisedeco accuratissimè nobis explicarit, neque tamē ullam fecerit istius sacrificij Missa mentionem: certè pudorem in Pontificiis desideramus, quos non pudet summum aliquod mysterium Apostolo incognitum obtrudere, ut, scilicet, suppleant quod ab ipso Apostolo prætermissum est. Quid enim nonne

id ad Apostoli propositū pertinebat? Imò, si Pontificiis credas, hoc fuit caput illius comparationis quam Apostolus proposuit. Obiectio Pontificis At infirmi tum adhuc erant Hebræi, inquis, ac propterea nondum tanti mysterij capaces. Sic enim Apostolus, *De quo nobis* Heb. 5. multa sunt dicenda, eaque difficultia explicatu: quandoquidem signes facti estis auribus. Responso. Rumenimvero cùm Apostolus illa difficultia intellectu paulò post in medium afferat, eaque copiosa oratione nobis explicet; quid te iuuabit tua isthac obiectio? Quis autem ferat mirificam hanc interpretationem? *De quo nobis* multis est sermo, & difficultis explicatu (inquit Apostolus) hoc est (inquietunt Pontificij) de quo propter difficultatem tacere volumus. Imò verò, quò res est difficilior, eò se longiorem & accuratiorem sermonem instituere velle profiteatur: ac propterea Hebræorum attentio- nem eiusmodi præfatiuncula conciliat. Sed, inquis, non valet Consequentia: Si nihil ibi dixit Apostolus de sacrificio Mis- sae, quum de Melchisedeco ageret: Ergo factum Melchisedeci ad sacrificium Mis- sae non pertinet. Atenim affirmo ego con- sequentiam valere: & propono hoc theo- rema Theologicum, quod Pontificij nun- quam labefactabunt. Ex typis & figuris veteris Testamenti catenus dogma aliquod statui posse, quatenus typos illos & figu- Theorema Theologum.

128 DE VNICO CHRISTI SACRIP.  
ras Apostoli claris expressissimis verbis ex-  
plicarunt. Quia de re nos alibi plura di-  
ximus. Quamobrem si ex historia Mel-  
chisedeci velis ἀποδεικνῦσαι & Theologicè  
differere: profer igitur Apostolicam ex-  
positionem; alioqui tua disputatio tantum  
erit allegorica, non autē Theologica: quan-  
doquidem si allegoriis ludere liceat; nus-  
quam pedem figas: sed semper incertus per  
hominum commenta ac placita vagaberis.  
Atq; id Academicis & Pyrronianis relin-  
quimus; quippe à Theologica πληροφορίᾳ  
prorsus alienum.

*Melchisede-* Secundò: Melchisedecum obtulisse Deo  
*eus panē &* panem & vinum pernegasimus: quod tamen  
*vinum Deo* Pontifici affirmant. Error istorum est:  
*non obtulit.* Λευδογράφων in Theologia. Nihil enim ta-  
*Genes. 14.* le extat apud Mosen. Sic enim Moses: *Mel-*  
*chisedec rex Salem protulit panem & vīnum.* Et  
*ipse erat sacerdos Dei Excelſi.* Et benedixit ei,  
*& dixit: Benedictus Abrā,* &c. Sic enim legē-  
dum & distinguendum est ex Hebraico cō-  
textu: & retinenda propria significatio co-  
pulae; quasi dicat, regem Melchisedecum,  
fuisse quoque sacerdotem: ut perspicuum  
est ex argumēto Apostoli ad Hebr. Hic igi-  
tur de oblatione & sacrificio verbū nullum.  
Proferre enim non est, sacrificare: neq; ver-  
bum Hebraicū, *Hotsi*, sacrificare & offerre  
significat: quod & satis intellexit vetus in-  
terpres, cui tantopere isti sunt addicti. Sic  
enim

enim ille, Melchisedec rex Salem proferens pa-  
nem & vinum, inquit. Rursus ecce alter error Genes. 31.  
in vocabulo panis, quo Hebræi non panem 43.49.  
tantum sed cibos cuiusque modi, instructam Exod. 2.  
que mensam solent significare: quemadmo- Prover.  
dum norunt ij qui vel tantulum in ea lingua  
exercitati sunt. Protulit igitur Melchisedec  
panem & vinum ipsius Abrahami causa, cui  
voluit ita gratulari de parta victoria. Itaque  
Græcus interpres dixit ἀπτες, numero plura-  
li. At, inquis, dicuntur serui Abrahams co- obiectio p.  
medisse de spoliis hostium. Quid tum? num tific 3.  
propterea Melchisedici munificentia locum  
habere non debuit? Affirmat Moses, inquis,  
Melchisedecum fuisse sacerdotem Dei Ex-  
celsi. Ita sit sane: sed quis hanc conclusionem  
patienter audiat? Dicitur fuisse sacerdos: Er-  
go panem & vinum sacrificauit. Vide potius  
quæ sequuntur: nempe Melchisedecum be-  
nedixisse Abrahamo, & ab eo decumam ex  
omnibus accepisse (quæ diligenter expendit  
Apostolus) & facile iudicabis quamobrem  
Melchisedecus sacerdos fuisse dicatur. Itaq;  
illius munificentia, regem decuit: benedice-  
re autem & decimas accipere, decuit sacer-  
dotem.

Tertiò: si daremus Melchisedecum panē  
& vinum obtulisse Deo (absit autem à nobis  
tam procul ab historię veritate recedere) ni-  
hil inde tamē efficerent. Error est μέρος τη-  
ρογενες & planè absurdum. Nec enim ista  
debet. Si Melchise-  
decus panem  
Deo vinūm  
que obtulisse  
nihil propter  
ea Missa sa-  
crificio acce-  
dere.

consecaria sunt: Melchisedecus fuit figura Christi, & panem ac vinum Deo obtulit. Ergo Christus in sacra Cœna sese in cruentे obtulit Deo pro nobis: quod sit etiam hodie in Missione sacrificio. Obscero te, vbinā Gentium Medium aliquod reperias quo isti termini tam longe dissipati copulari & coniungi possint? Facilius, mihi crede, polum Articleū (ut hoc mihi per Astrologos licet) cum Antifatigo coiuinxeris. Quis enim te imprimis docuit Melchisedecum fuisse figurā Christi? nonne Apostolus? At is comparat utriusque personam, non autē sacrificium: sic enim ille. *Sine patre, sine matre, sine genere, nec initium dicrum, neque vita finem habens: sed assimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuum;* & paulo post. *Qui non ex lege eius mandatis fit carnale factus est [sacerdos] sed ex vi indissolubilis vite.* Enīgitur in quo constituendus sit ille ordo de quo Psaltes ab Apostolo citatus: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchis d-e.* Nempe quod Melchisedecus, fuerit Rex simul & sacerdos, & tanquam aeternus nobis in Scriptura propositus sit, ad hoc præstantior Abrahamo & eius posteris, ut ita figuram gereret Christi aeterni regis simul & sacerdotis & præstantioris Leuiticis omnibus sacerdotibus. Alioquin & alij plerique fuere sacerdotes: & ab ipsis Leuiticis sacerdotibus panis & vinum aliquando offerabantur. Ex quo fit ut

In quib. consti-  
tutuendus  
sit ordo Mel-  
chisedeci.

in

in re alia quam in sacrificiis & oblationibus  
ordo ille Melchisedeci constituendus sit.  
Nam si oblationes & sacrificia species, non  
dubium est quin legalia & Aaronica sacri-  
ficia longè præstantissimè Christi sacrificium  
repræsentarint ac præsertim holocausta: ut  
docet Apostolus ad Hebr. nec sanè illa panis  
oblatio tam expressè futurum Christi sacri-  
ficium repræsentare potuisset. Nam pati,  
mori, sanguinem fundere & mactari, pani  
non conueniunt.

Vt ergo Pontificios pudeat suæ absurditatis ita dicamus.

1 Si quia Melchisedec panem & vinum offeres  
sunt figura Christi (ut Pontificij existimant) se-  
quitur Christum esse offerendum sub speciebus pa-  
nis & vini: ut illi ipsi concludunt: Ergo simili ra-  
tione Christus esset offerendus sub earum omnium  
rerum speciebus que veteris Testamenti tempo-  
ribus offerebantur Deo, ut Christum repræsen-  
tarent. Aduicatur & horrendum. Item.

2 Si verum est quod isti dicunt: sequitur anti-  
quorum sacrificiorum externam speciem in Ec-  
clesia Christiana remansisse. Falsum & iterpodoxum:  
sic enim potius Scriptura docet, veterum sa-  
crificiorum substantiam nobis in uno Chri-  
sto remansisse, sublata exteriori specie.

3 Si sacerdotium Leuiticum stetit usque ad mor-  
tem Christi (ut docet Apostolus) Et, stante illo  
sacerdotio, sola legalia sacrificia erant legitima  
(ut omnes pri agnoscent.) Et Christus sacerdos

Incommoda  
& absurd. su-  
perioris obie-  
ctionis.

secundum ordinem Melchisedec ante mortem in sacra Cœna sacrificauit (ut Pontificij volunt.) Ergo sacrificium istud in Cœna factum, aut legale fuit, aut non legitimum. Vtrumque absurdissimum. Item.

4. Si oblatio & sacrificium Melchisedeci fuit figura Christi (ut Pontificij existimant,) Ergo hanc figuram aut Christus impleuit, aut non. Si impleuit: ruit igitur Missa sacrificium: quod enim semel impletum fuit, quotidie implendum non est. Non impleuisse autem, quis unquam Christianus ausit dicere? Hoc tamen sequitur ex Pontificiorum argumento. Item.

5. Si aduentu Christi exhibita fuit ea veritas cuius Melchisedec erat figura (ipsis Pontificiis assentientibus, aut certè, verbo negare non audetibus) & nihilominus remanserunt species oblationis Melchisedeci, nempe species panis & vini (quod isti Transubstantiatores volunt,) ergo figura & veritas simul stare possunt. Αδωνας & αρτιφατινόν.

*Retorquetur  
objicit.*

Retorqueamus igitur in Pontificios argumentum ex Melchisedeco petitum.

Si Melchisedecus offerens panem & vinum Deo fuit figura Christi (ut affirmant) & Christus unica oblatione in cruce facta veteres omnes figuræ eò spectantes abrogauit (ut docet Apostolus) certè similitudo Melchisedeci ad Missæ confirmationē trahi non potest. Hæc enim figura vñā cum aliis abrogata fuit. Item.

2. Si oblatio Melchisedeci figura fuit Eucharistia

vistia (ut isti autumant) certè Eucharistia à sacerdotibus Pontificiis offerri non potest. Consequentia patet: Nam debet manere relatio inter offerentem & rem oblatam: itemque, inter figuram & figuratum. At solus Christus fuit figuratus in Melchisedeco. A nullo igitur alio, præter Christum, Eucharistia offerri posset. Nec est cur proferant suos illos secundarios sacerdotes: semper enim Melchisedecum vrgbimus, quem ullus eiusmodi secundarios sacerdotes habuisse, ne ipsi quidem Pontificij audent somniare. Vis autem huiuscæ nostræ Conclusionis pendet ex his Apostoli verbis: *Illi quidem citra iurisandum sacerdotes facti sunt, hic vero cum iure iurando per eum qui dixit ei: Iurauit Dominus & non paenitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Et aliquantò post. Heb. 7.

*Lex enim homines constituit infirmos: at sermo iurisandi post legem concepti filium constituit qui in æternum est sanctificatus.* Hæc Apostolus. Solus igitur Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec: ac propterea, solius Christi fuit, id offerre quod oblatione Melchisedeci adumbratum fuit. Item.

*Si oblatione Melchisedeci nititur Missæ sacrificium: actum est igitur de Transsubstantiatione.* Nam Melchisedecus dicitur protulisse non inane aliquod spectrum, vanaque panis & vini accidentia: sed panem & vinum. At Transsubstantiatio (quam volunt esse anima)

3.

134 DE VNICO CHRISTI SACRIFICO.  
sacrificij Missæ) tollit panis & vini substantiam. Iam si periit Transsubstantiatio: Missæ igitur sacrificium animam exhalauit.

4. Huc spectant hæc verba Canonis Missæ,  
*Ex Canon. Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ eternæ & calicem salutis perpetuæ supra quæ propitio ac sereno vulnu respicere digneris & accepta habere, si-  
Missæ. cuit accepta dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abraham & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Si offertur ipsum Christi corpus, quorū sum igitur ista comparatio? Nonne veritas est dignior sua figura? Quare, ex ipso Canone Missæ consequitur: id quod isti in sua Missa offerunt, non esse præstantius pane & vino quæ ipsi volunt à Melchisedeco fuisse oblata. Item.*

5. Si ea quæ Melchisedecus obtulit (ut isti dicunt) non fuerunt testa aliena forma & alienis accidentibus: & in Missæ sacrificio (si Pontificis habeatur fides) Christus offertur testus aliena forma & alienis accidentibus: quomodo oblatio Melchisedeci ad Missæ sacrificium pertinebit? Nam si ea quæ videntur, offeruntur in Missa: certè panis & vinum in Missa offeruntur: Si aliud videtur & aliud offertur in Missa: ergo procul recedis à Melchisedeco. Etenim præmo ego verbum Protulit, quo utitur Moses, quum narrat Melchisedecum panem vinumque protu-

protulisse. Aliud est autem, palam aliquid proferre, quam id ipsum velare & tegere ne oculis pateat. Item.

*Si panem & vinum obtulit Melchisedecus (ut Pontificij contendunt) certe hec non fuit oblatio pro peccatis, sed Eucharistica & gratiarum actionis. Sic enim ille: Benedic Deus exesus qui tradidit hostes tuos in manum tuam. Itaque sequeretur ex ipsorum Pontificiorum argumento: Missæ sacrificium esse tantum iuxta misericordiam, non autem propitiatorium pro peccatis. Item.*

*Ex iis quæ passus est didicit obedientiam: Et consummatus factus est autor salutis æternæ omnibus qui ipsi auscultant: cognominatus à Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedec (inquit Apostolus) Cum igitur Christus non fuerit consummatus in sacra Cœna: erit non fuit cognominatus sacerdos secundum ordinem Melchisedec respectu sacre Cœna, quemadmodum Pontificij falso tradiderunt. Sed de his haec tenus: pleraque enim huiusmodi afferri possent.*

*Corrigamus igitur errorem Pontificiorū Correctio obiectionis.  
hoc modo:*

*Quandoquidem Melchisedeci cum Christo collatio, non temere & humano arbitratu, sed ex ipsa Scriptura deponenda est: ita statuere debemus: Melchisedecum gessisse figuram Christi, quod fuerit simul & sacerdos, quod proponatur tanquam*

æternus, denique quod maior fuerit Abrahamo, ac proinde Leuiticis sacerdotibus ipsius Abrahami posteris. Id quod perspicuum est, tum quia Abrahamo benedixit, tu quia accepit decimas ab Abrahamo. Ex hac autem collatione efficitur: Christum sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, etiam adhibito iureiurando à Deo constitutum, omnibus Leuiticis sacerdotibus esse longè superiorem: in quo uno sacerdotium remansit, adeò, ut neque Pontificij sacerdotes possint, nec ipsum Missæ sacrificium constitui, quin Christus de suo æterno sacerdotio deturbetur: quod absit.

## Obiectio 10.

Malach. 1,

*Ab ortu Solis usque ad Occasum magnum est nomen meum in Gentibus & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus: dicit Dominus exercituum. Hac Malachias. Ergo sacrificium Missæ est legitimum. Consequentia patet: quia munda illa oblatio quam dicit offendit in omni loco, non potest aliter intelligi iuxta mentem Prophetæ, quam de mundissima oblatione corporis & sanguinis Christi que in omni loco offertur, videlicet, in sacrificio Missæ: quemadmodum Malachias prophetauit.*

## Responsio.

Errores superioris obiect.

Consequens est falsissimum. Error: Petitio principij. Quis enim illis concederit, Missæ obla-

oblationem mundam esse? Plana est autem Malachiæ sententia de spirituali Dei cultu differentis, qui potissimum eluxit Ecclesiæ Locus Malachiæ exponitur.

Christianæ temporibus, quum Gentes Evangelicam prædicationem amplexæ sunt. Eò spectant hæc verba, *Magnum nomen meum in Gentibus*, bis repetita; qui mos Hebræorum est, ut id quod proponunt, melius inculcent. Huc adde: *Ab ortu Solis, usq; ad occasum*, itemque: *In omni loco*, inquit. Legalis enim Dei cultus vnius Gentis finibus cōtinebatur, & ipsa externa sacrificia in uno tantum loco fiebant ex verbo Dei. Quare manifestus est sensus huius Prophetiæ: quæ nihil habet cum Missæ sacrificio commune.

At, inquis, meminit sacrificij & oblationis. Ut respondeā: primū recitabo locum Malachiæ ex Hebriaco contextu, tum excusiam quantum valeat hæc obiectio. *In omni loco*, inquit, *incensum oblatum nominis meo, & oblatio munda*. Hæc ille: vtitur autem vocabulo, *Mincha*, quo certum aliquod legalis *Mincha* oblationis genus significabatur, ut videre licet apud Mosen. Omnia igitur hæc vocabula ad legalem cultum propriè pertinent. Iam attendamus quorsum euadat Pontificiorum argumentum. Meminit Malachias incensi & oblationis Minchæ: prædictit igitur futurum Missæ sacrificium. Cedo mihi *μίσθιον* huiusc Conclusionis. Qui dicit incensum & oblationem, is-ne, obsecrō, dicit

*Obiectio Præficationem. I.*

*Responsio.*

*Leuit. 2.*

Missa sacrificium? Ecce, igitur, vides te nihil posse ex Malachia efficere, nisi antē demonstraueris, sacrificium Missæ esse illud incensum & illam ipsam oblationē de qua Malachias locutus est: atque ita, qui tibi videbaris metu attingere, hæc adhuc in ipsis carceribus.

Secundus error ταῦτα ὀμωνυμία. Cūm enim vocabula quibus vtitur Malachias variè accipi possint, & sunt ēn τῶν πολλαχῶς λεγομένων (possunt enim accipi, vel propriè, vel figuratè) isti tamen ea perinde accipiunt, ac si rem unam tantum significarent. Quare iam obruamus incommodis ineptam illam Conclusionem, & ipsos Pontificios deprehendamus ēr autiqt̄oī, hoc modo:

*Incommoda  
et ablur. su-  
perio. obiect.*

I Nomina incensi & oblationis à Malachia usurpata, aut intelligenda sunt propriè: aut, metaphorice: si propterea: ergo Malachias de culis legali locutus esset, ac proinde locus hic ad noui Testamenti tempora non pertinet. Si metaphorice: & illa nomina de Misso intelligenda sunt. Ergo Misso est sacrificium metaphorice dictum: ac propterea non reale, verum & exterum sacrificium: quod tamen illi affirmant: aut, Propriè dictum, & Metaphorice dictum idem sunt nec ulla ratione distinguuntur. Adiuva-

*Tv.*

Reuocent igitur in memoriam quo pacto nobis explicarint homonymiam vocabuli sacri-

sacrificij: nimirum, sacrificium metaphorice dictum, significare cultum interiorem & ea quae spectant ad vitam sanctimoniam: Missam autem esse sacrificium externum & propriete dictum. Hec, inquam, se cum reputent; ac tum dent operam suis argumentis conciliandis. Item.

2. Si incensum ad noui Testamenti tempora relatum, ipsis Apostolis interpretibus, nunquam de externa incenso, semper autem de spirituali cultu intelligendum est: idem profecto de oblatione Mincha dicendum erit: propter contumorationis, & utriusque votabuli coniunctionem.

Atque ita locus Malachia de spirituali cultu intelligendus erit. Quem si velint sua Misericordia accommodare: externo igitur sacrificio renuntient necesse est: aut, externum, & internum, idem erunt. Ad ual. xv.

Assumptum patet inductione. Data sunt Apoc. 8. illi, inquit Ioannes, incensa multa ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. &c.

Habentes singuli citharas & phialas aureas Apoc. 8. plenas suffituum que sunt preces sanctorum.

Accepi ab Epaphroditto qua à vobis missa sunt, odorem bona fragrantie, inquit Paulus, & quæcunque eò spectant. ferant Pontificij evanescere, si possint. Item.

3. Si quia Malachias de temporibus noui Te-

## 140 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

**Isa.2.** stamenti verba faciens, mentionem fecit incensi  
& oblationis Mincha, idcirco externa quadam  
& realis oblatio constituenda est: Ergo simili ra-  
tione quia Esaias de his ipsis temporibus verba  
faciens predixit fideles ascensuros in montem  
Sion, aliquid tale constituendum erit in Ecclesia  
Christianā. Item.

**Isa.66.** *Quia idem Propheta predixit fore ut veri  
Israēlite offerantur Deo tanquam oblatio Min-  
cha, idquod Hierosolyma super montem sanctum  
Domini: idcirco ipsi homines erunt externo sa-  
crificio & externa oblatione Deo offerēdi.* Item.

**Isa.60.** *Quia idem Propheta amplitudinem Ecclesia  
Christianā describens, predixit futurum, ut por-  
ta cūtitatis Hierusalem nunquam claudantur,  
ut illuc afferatur fortitudo Gentium, &c. idcirco  
Hierosolyma quedam externa & terrestris erit  
hodie constituenda. Item. Quia Zacharias agēs  
de Christianā Ecclesia temporibus dixit futurū  
ut fideles ascendant Hierosolymam, festum Ta-  
bernaculorum celebraturi, & ibi sacrificent, &  
earnes coquant in lebetibus, &c. idcirco res eius-  
modi sunt in Ecclesiam Christianam reuocāda.  
Quæ omnia quis non videt esse aduīata &  
absurda? Nec Pontificij rationem ullam  
dissimilitudinis proferre possunt.*

**Obiect. Pon-  
tific.2.** Atenim, inquiunt, Si locus Malachij de  
spirituali oblatione exponatur, quomodo  
dicetur munda oblatio? vos enim ipsi dici-  
tis, etiam piorum opera immunda esse. Re-  
spondeo Malachiam opponere mundam  
illam

**Resp.**

illum oblationem, de qua loquitur, Iudeorum peccatis, qui sacrificia non ita uti debebat, offerebant. *At vos, inquit, polluitis ipsum videlicet nomen meum &c.* Quare cultus Dei exhibitus secundum verbum ipsius, per se mundus est. *Quanuis autem in fidelibus multæ adhuc maculæ hæreant: quia tamen sacrificia spiritualia offerunt Deo per Christum, qui suo sanguine Ecclesiam mundauit* *Ephes. 5.*  
*vt eam sisteret sine macula & ruga,* inquit Apostolus: *ideo piorum oblatio munda est.* Sic enim Apostolus ad Heb. *Per ipsum Christum, inquit, assidue offeramus Deo sacrificium laudis.* Et Petrus, *Ipsi quoque velut vini lapides adfici mini, inquit, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per Iesum Christum.* Et Paulus dicit se esse Ministrum apud Gentes, *Vt oblatio Gentium fiat accepta, sanctificata per Spiritum Sanctum.* Et alibi. *Velim, inquit, viros precari in quouis loco puras manus attollentes.* Itemque. *Vt sistatis, inquit, corpora vestra hostiam viuam, sanctam, acceptam Deo.* Atque ut ad Prophetas reuertamur: *Quum Esaias prophetat de hominibus Deo per Euangelij prædicationem offerendis, ait perinde id fore, vt si oblatio Mincha Deo in mundo valse offeratur.*

Verum enim uero, inquiunt, loquitur Malachias de re saepius facienda, quandoquidem usurpat tempus praesens: *quu dicit, Offertur.*

*Malach. 1.**Heb. 13.**1. Pet. 2.**Rom. 15.**1. Timo. 2.**Rom. 12.**Esa. 66.**Obiectio 28.**tifi. 3.*

Ref.

Gentes autem semel vocatae sunt. Primum  
inepta est haec ratiocinatio. Nam si velint  
hanc Prophetiam ad tempora noui Testa-  
menti referre: necessariò dicendū erit, præ-  
fens tempus pro futuro usurpari: atque ita  
rem significari aliquantò pōst futuram, fuit  
enim Malachias Prophetarum ultimus, ac  
proinde omnīus próximus salutiferæ Chri-  
sti exhibitioni. Præterea, non restringimus  
hanc Prophetiam ad primam illam vo-  
cationem Gentium, quum primum illis obla-  
ta fuit Euangelij prædicatio (quod tamen  
nondum etiam planè absolutum est) sed eā  
generaliter intelligimus, de spirituali cultu  
& despiritualibus Christianorū sacrificiis,  
quæ omnia vno oblationis nomine signifi-  
cauit Malachias: ut quum Psaltes dixit, Sa-  
crificium & oblationem noluisti, omnia legalia  
sacrificia, & omnes legales oblationes in-  
tellexit. Et Paulus ea omnia que ad piorum  
sanctimoniam carnisque mortificationem  
pertinent, vocavit, *hostiam vivārū, sanctam,*  
*acceptam Deo & cultum rationalem.*

Psal. 40.

Rom. 12.

Retoriqueatur  
obiecitio.

Retorqueamus lócum hunc in Pontifi-  
cios, hoc modo.

*Nihil quod destituitur verbo Dei, oblitio  
munda esse potest.*

*Misse sacrificium destituitur verbo Dei:*  
(vt patuit ex superioribus.)

*Quare Missæ sacrificium oblatio munda  
esse non potest. Et vi Consequentis locus Mat-*

*litchie de Missae sacrificio non est intelligendus.* Item.

2 *Si oblatio Minch de qua loquitur Malachias intelligenda est de Missae sacrificio (ut Pontificij flatant) certè in Missae sacrificio offertur pars, non autem corpus Christi.*

Consequentia patet: quia Mincha proprie significabat rerum inanimatarum oblationem, ut constat ex Leuitic. 2. &c. Quamobrem hunc Pontificiorum errorum corrigamus & Malachiam ab eorum falsa interpretatione vindicemus, in hanc modum:

Quum Malachias Iudaorum vitia, res  
rumque sacrarum contemptum gravissime  
reprehenderet, & spiritualem Dei cultum  
in Ecclesia Christiana futurum, adeoque  
ipsam Gentium vocationem prædiceret:  
allusit ad legales cæmonias, & earum vo-  
cabulis usus est, nempe incenso & oblatio-  
ne Mincha: Qui Prophetarum mos est: &  
quod addò psl etiam Malachiæ paulò post  
vsiuerit, ita de noui Testamenti tempori-  
bus loquenti. *Filios, inquit, Leui emundabit*  
*& excoquet ut aurum & argentum, & offerent*  
*Dominu oblationem Mincha in iustitia, & ac-* Mal. 3.  
*cepta erit Dominu oblatio Iuda & Hierusalem,*  
*ut diebus antiquis & annis prioribus. Quāob-*  
*rem incensu & oblationis nominibus intel-*  
*lexit cultum illum, quem fideles post ad-*  
*uentum Christi iussi sunt exhibere Deo.*

Cum autem nullum externum & reale sacrificium Christus in Ecclesia Christiana instituerit: locus hic Malachiæ ad commentitium Missæ sacrificium detorqueri non potest: quem nos ex scriptis Apostolicis, non autem ex humanis somniis, exponere atque intelligere debemus.

### Obiectio II.

*Vos autem sacerdotes Dei vocabimini, inquit, Esaias. Et rursus: Assumam ex eis in Sacerdotes & Leuitas. Item.*

Esa.61.  
Ela.66.  
Esa.56.

*Adducam eos in montem sanctum meum & latificabo eos in domo orationis meæ. Holocausta eorum & victimæ placebunt mihi super altari meo, &c. Ergo Missæ sacrificium est legitimum.*

*Consequentia patet. Nam hæ Prophetie de temporibus Ecclesie Christianæ intelligenda sunt, in qua futuros esse sacerdotes, futuraque altaria Esaias predixit: ac proinde futurum etiam externum sacrificium. Hoc enim postulat relatio inter Sacerdotes, altare, & ipsum sacrificium.*

### Responsio.

*Fallit Consequentia. Error est: tum παρὰ τῶν ὄμονυμων, tum etiam παρὰ τῶν ἀγνοῶν τῆς ἐλέγχου: nec enim eo modo sumunt vocabula, sacerdotis, &, altaris, quo ab Esaias usurpata sunt. Idem igitur plane respondeo quod suprà: videlicet, cultum spiritualē futurū noui Testamenti temporibus ab Esaias pro-*

*errores super-  
rioris object.*

proponi figuratè : idque, nominibus quæ ad legalem cultum propriè spectabant, per allusionem usurpatis. Quare superior refutatio in hanc etiam obiectionem quadrat. Et enim si nomina illa metaphorice accipiēda sunt: nihil iuvant Missæ sacrificium, quod illi externum & propriè dictum esse volunt. Ne mihi repetendum sit ex arte differendi ~~διαλεκτέον ταῦς μεταρρυθμοῖς~~, aut (quod fortè illis futurum est gratius) proponendum hoc Scholasticorum dogma: *Symbolicam Theologiam non esse argumentationem. Quod si nomina illa sint propriè accipienda: regredimur ergo ad Iudeos, de cœlesti in terrestre Hierosolymam deturbati. Iam igitur nobis tempore Hierosolymitanum extruendum est, & erigendum altare, & sacerdotes è tribu Leui vnde conquirendi (si modò inueniri possint) ut ita iuxta locos illos Propheticos, nō in omni loco (ut paulò ante ex Malachia efficerent volebant) sed Hierosolymæ tanum, & ad altare ibi constitutum, nec iam ab ista sacrificiorum turba promiscua, sed à solis Iudeis è tribu Leui oriundis Missa celebretur.*

Significantur sacrificia, inquis: propter vocabulorum relationem. Respondeo: cùm vocabula figuratè usurpentur: sacrificiū quoque figuratè esse intelligendum idque, vi ipsius relationis. Hoc autem connexum: si est sacrificium, est igitur sacrificium exter-

hum: fallit παρὰ τὸ ἐμόπευον. Nouum enim Testamentum habet sua sacrificia , nempe spiritualia, ut antè à nobis dictum est. Quam obrem (ne rem aetam agere videamur) ita corrigamus falsas Pontificiorum interpretationes.

- Correcrionis su-* Esaias de Christiana Ecclesia prophetās:  
*perioris ob-* *Vos autem*, inquit, sacerdotes Dei vocabimini:  
*icet.* non de sacrificiis Pontificiis loquens : sed  
*Esai.61.* de piis omnibus , de quibus Petrus Esaiæ  
*1.Pet.2.* interpres locupletissimus: *Vos*, inquit, *genus*  
*electum*, *regale sacerdotium*, &c. Nam apud Esaiam, qui non sunt sacerdotes appellandi, illi dicuntur alieni, & filii peregrinorum . Quam oppositionem Pontificij non animaduertunt. Idem Esaias prædictus noui Testamenti temporibus assumendos ex fidelibus sacerdotes Leuiticos (nec enim extat copula in contextu Hebraico) non quodd stare debeat sacerdotiū Leuiticiū (est enim mutatum, inquit Apostolus,) sed ita significauit  
*Esai.65.* Esaias ministeriū Euangelicū Leuitico successurū. Sic enim Paulus Gētes sacrificabat  
*Heb.7.* Deo(vti ille ipse testis est)quād eas ad Euangelij cognitionem adducebat. Denique meminit Esaias Sionis, templi, holocaustorum & altaris, non vt in Ecclesia Christiana futurum aliquod externū sacrificium denotaret: (quis enim hęc vñquam iuxta literā, ac nō potius figuratē intelligat, nisi Iudaizet?) sed vt proposita legalium cæremoniarū imaginē,
- Rom.15.*
- Eti.66.*
- Eti.56.*

ne, cultum spiritualem in Ecclesia Christia-  
na futurum adumbraret. Sic ille ipse Esaias  
prophetauit altare futurum in media Ægy- *Esi. 19.*  
pto: de publica veræ religionis professione,  
non autem de innumerabilibus Pontificio-  
rum altaribus verba faciens. Sic alibi de cul-  
tu spirituali Ecclesiæ Christianæ differens:

*Omnis oves Cedar congregabuntur tibi, in- *Esa. 60,**  
*quit: arietes Nebaoth ministrabunt tibi: a-  
scendent super altare meum ad beneplacitum,*  
*& domum maiestatis meæ decorabo. Sic etiam *Apoc. 8.9,**  
*Ioannes mentionem fecit cœlestis altaris, *i.**  
*thuribuli, suffitus, templi, atrij exterioris, i-*  
*psius etiam arcæ fœderis & aliorū eiusmo-  
di: quæ si verba ipsa spectes, ad vetus Testa-  
mentum pertinent: cum tamen sub illo velo  
nobis Apostolus ea proponat, quæ ad nouū  
Testamentum referuntur. Quæ si Pôtificios  
non mouent: saltem ipsi se audiant, qui hunc  
Dauidicū versum identidē in suis templis re-  
petunt. Tunc acceptabis sacrificiū iustitiae, obla- *Psal. 51.**  
*tiones & holocausta: tunc imponent super altare*  
*tuum vitulos: Quæ verba, ut nostris téporibus*  
*accommodentur, esse de spiritualibus, non*  
*autē externis sacrificiis intelligenda, credo,*  
*non negabunt. Nisi fortè, vitulorum nomi-  
ne, suos sacrificulos intelligent, ad sua illa al-  
taria mugientes, & Euangelicæ veritati,  
quantum in ipsis est, obstrepentes.*

*Obiectio 12.*

*A tempore quum ablatum fuerit iugis sacri- *Daniel. 12.**

ficiū & posita fuerit abominatione in desolationē, dies mille, ducenti, nonaginta, inquit Daniel: Ergo Missæ sacrificium legitimum est.

Consequentia patet. Nam hic locus intelligendus est de fine mundi, ut perspicuum est ex antecedentibus, ubi loquitur Daniel de mortuorum resurrectione Illis igitur nouissimis temporibus erit iuge sacrificium auferendum, Antichristo sanguine. Quod quidem sacrificium Missam significat. Nam spiritualia sacrificia Christianorum multa sunt & multiplicia. Hoc autem sacrificium est iuge: hoc est idem, simplex eodemque modo saepius repetendum.

### Responso.

*Errores superioris obiect.* Ridicula est Consequentia, cuius præcipientes aliquot errores recentebimus.

Primus error. Quod ea quæ dicuntur de iugi sacrificio auferendo, præcisè restringunt ad tempora Antichristi. Nam in cap. II. Daniel fecit mentionem iugis sacrificij tollendi, & ponendæ abominationis, hisdem prorsus vocabulis usurpatis, quibus utitur in hoc *objec<sup>to</sup> propositio 1.* cap. 12, de quo disputamus. At illum locum plerique de Antiocho exponunt: alij, ut ex Pontificiis permulti, referunt ad ultimum excidium urbis Hierosolymæ. Cur ergo non patientur, locum hunc cap. 12. nos de ultimo etiam illo excidio intelligere? Atenim, inquis, paulò ante meminit resurrectionis mortuorum, nempe dicto cap. 12. ver. 2. Relate sanè: & hoc ipsum argumentum premonendum

*Responso.*

nendum me à sententia dimoueat. Cùm enim illa abominatio desolationis fuerit ante diē nouissimū futura: sequitur necessariò, quod ait Daniel in hoc cap. 12. ver. 11. de abominatione desolationis, esse ad ea quæ antè dixerat, referendum: ita ut hīc tantum modò spatiū temporis addatur. Quinetiam verbum præteriti temporis *Husar*, hoc est, sublatum fuit, quo Daniel in hoc loco usus est, cùm in cap. 11. futurum tempus usurpauerit: nostrā hanc sententiam planè confirmat. Quid portò responsū sunt Christo, locum hunc Danielis apud Matthæum citanti, his verbis?

*Quum videritis abomi nationem desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta positam in loco sancto (qui legit anima duerat) Tunc qui fuerint in Iudea fugiant in montes &c.* Ex quibus omnibus intelligi potest, nihil esse causæ quamobrem hæc Danielis Prophetia ad Antichristi tempora restringatur: cùm potius certis argumentis effici possit, Danielis verbū propriè, & vt sonant, esse de iugi sacrificio legali accipienda: quod interruptum fuit Antiochi temporibus, & postea penitus sublatum, quum vrbs Hierosolyma ab Romanis euerfa & excisa est. Hoc autem si per applicationem plerique Doctores extendunt ad Antichristi tempora: vt fateor id cum fructu fieri posse: ita pernego, ex hac applicatione, vel dogma aliquod fidei constituendum, vel, propriam significationem verborum Da-

Secundus error παρατὸνέμενον. Fac enim Antichristi temporibus sublatum iri iuge sacrificium (ut vis) Ecquid hoc ad Missę sacrificium? Proferant locum Pontificij , ex quo bellam hanc suam interpretationem, aliqua saltem verisimilitudine cōfirment. Re deamus igitur ad superiorē refutationē, quam ante iam aliquoties adhibuimus : ac Pontificios rogemus, an velint vocabulum *Thamid*, hoc est, iugiter (quod de iugi sacrificio plerique intelligunt: alij latiūs, de toto legali cultu exponunt) esse à Daniele in propria significatione usurpatum , nec ne? Si illud malint: Missa igitur erit Iudaicum sacrificium. Si nolint: cur igitur yrget propriam significationem sacrificij, cùm ne ipsum quidem sacrificij vocabulum extet in hac Danielis Prophetia? Patiantur sanè , si iuge sacrificium metaphorice usurpatum sit: id nos de illo sacrificio intelligere, quod Ecclesię Christianę temporibus conuenire , ex Apostolica doctrina didicimus. Quid igitur mirum si, Antichristo sāuiente, publicus Dei cultus ex ipsius verbo præscriptus, & exterior verę religionis professio ac forma sublata fuit? Quinetiam ex hac applicatione ad Antichristum , labefactatur aliud commentum Pontificiorum de visibili Ecclesię successionē nunquam interrumpta, qua de re nos alibi disputauimus.

Pontificiorū  
Andabatij-  
mus.

mus. At, inquiunt, sacrificia Christianorum obiectio Pō-  
 spiritualia, sunt multiplicia. Iuge autem fa- tif. 2.  
 crificium, vnu & simplex esse oportet. Ego Responf.  
 verò potius audio Paulū affirmantem vnam Ephes. 4.  
 esse fidem & vnu Baptisma. Atque inde col-  
 ligio in Ecclesia Christiana vna esse veritatē,  
 ac propterea vnius veritatis vnam esse exte-  
 riorem professionem. Habeant ergo Pōti-  
 ficij illam multiplicitatē: quorum fides hu-  
 manis statutis, iisdemque variis ac multipli-  
 cibus, non autē vno Dei verbo nititur. Quā-  
 quam, quid sibi volunt, quū Missæ sacrificiū  
 simplex esse dicunt? Quid enim vnuquam tā  
 varium, multiplex & multiforme afferri pos-  
 sit? Nam vt taceam de Græcorū & Armeno-  
 rum Missis, nec proferam multiplices, tum  
 Episcoporum, tum Cardinaliū ceremonias,  
 si quando fortè dignantur ad sua altaria ac-  
 cedere: affirmo, nullā esse, ne minutulorum  
 quidem Monachorum sectam, quæ non pe-  
 culiare aliquem ritum seruet in suo Missæ  
 sacrificio faciendo. Etenim (vt sexcenta alia  
 prætermittam) hic missitando, ille voce al-  
 tiori Missam exorditur: aliud stans, aliud ve-  
 rò pronus, aliud denique totus ad terram ab-  
 iectus prostratusq; (iuxta illud poëta: Pro cū  
 bit humi bos) ad altare accedit. Quid porrò  
 commemorem Missas de sanctis (quarum v-  
 na quæque suam habet verborum conceptā  
 formulā) Missas pro defunctis & innumerabi-  
 lia eiusmodi Pontif. somnia? quibus scilicet

*Missarum  
multiplici-  
tas.*

suæ Missæ simplicitatem nobis hactenus commendarunt. Hec igitur Pontificiorum obiectio quanti sit ponderis spero satis esse manifestum.

Superest ut incommodis propositis hunc errorem magis, magisque refellamus: ac primùm id audiamus quod isti maximum incommodum esse ducent.

*Incommod.*  
*& absurd. su-*  
*perioris obie-*

Si iuge sacrificium de quo Daniel locutus est, de sacrificio Missæ intelligendum est: Ergo, uncam in toto terrarum orbe Missam celebrari oporteret & in uno tantum loco, & bis in die: manè videlicet & vesperi: atque ita vespertinae Pontificiorum cantiones in Missam converterentur: quod illi non adiutor modo sed etiam flagitium existimarent. Consequentia patet: quandoquidem ea fuit olim ratio iugis sacrificij, ut videre licet Exod. 29. 1. Chro. 16 &c. Item.

2. Si locus Danielis precise de Antichristo intelligendus est, & dierum numerus tres annos & sex menses significat: quibus exactis, & interimēdus sit Antichristus, & futura mortuorum resurrectio, ut Pontificij tradunt: Ergo poterit præsciri non solum tempus, verum etiam dies ipse nouissimi aduentus Christi. Adiutor, ex his Christi verbis, De die illo & hora nemo scit. Qua de re plura diximus alibi quum de vera Ecclesiae successione ageremus.

*Marc. 13.*

*Correctio su-*  
*perioris ob-*  
*iect.*

Vt igitur istum errorem corrigamus, ita statuendum est.

Quando-

Quandoquidem eam Danielis Prophe-  
tiam, quam nobis obiiciunt Pontifici, con-  
stat esse perdifficile: idque vel ex ipso Da-  
niele, cuius hæc verba sunt, *Audiri*, inquit, Daniel. 11.  
*sed non intellexi*: æquum est, nos in eius in-  
terpretatione, magna cum reuerentia ver-  
fari: diligentèque cauere, ne temere eam  
tractantes, aliquid inde colligamus, quod  
aliis Scripturæ locis planis ac dilucidis re-  
pugnet. Cùm igitur Daniel de futuris Ec-  
clesiæ persecutionibus, iisdemq; longè gra-  
uissimis prophetarit: quænam illæ, vel iam  
præterierint, vel adhuc futuræ sint, nec cu-  
riosè quærendum, nec temere definiendum  
est: Sed ea demum sunt affirmanda, quæ cum  
expressis Scripturæ testimoniis cōueniunt.  
Præclarè enim Augustinus, quum hunc Da-  
nielis locum in manibus haberet, & de no-  
uissimo Christi aduentu differeret: *Mibi Ad Hesych.*  
*quisquam non videtur errare*, inquit, *quum a-* Ep. 80.  
*liquid nescire se scit*; sed, *quum se putat sci-  
re*, quod nescit.

## Obiectio 13.

*Sacrificium Missæ ipsis Apostolorum tem-  
poribus ab Ecclesia Christiana celebratum est:  
Est igitur legitimum.*

*Antecedens probatur ex his locis.*

*Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, 1 Timo. 2.  
orationes, postulationes, gratiarum actiones pro Epist. 59.  
omnibus hominibus, &c. ex Augustino.*

*Ministrantibus illis Domino & ieunantibus. Act. 13.*

Grace λειτουργίων, hoc est, sacrificantibus.

1.Cor.10. Non potestis mensa Domini participes esse & mensa demoniorum. Mensam Domini inteligit altare, quia mensa demoniorum de altari intelligenda est.

Heb.13. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruit. Si Christiani tum habebant altare, offerebant igitur sacrificium, nempe Missa.

### Responso.

*Errores superioris obiect.* Falsissimum est Antecedens. Error: Λειτουργία in Theologia, ut erit perspicuum, postquam quatuor locos nobis obiectos excusserimus.

1.Tim.2. Primus locus ad rem non facit: Augustinus quidem Pauli verba ad Cœnæ Domini celebrationem accommodat: sed præterquam quod nondum hic agimus de argumentis ex veteribus petitis, locus Pauli, ipso etiam Augustino interprete, planè tollit externum Missæ sacrificium: nedum illud stabiliat. Nam si nec obsecrations, nec orationes, nec postulationes, nec gratiarum actiones, sunt externum sacrificium propriæ dictum: sed illa omnia dicuntur sacrificia spiritualia Christianorum, de quibus alio in loco disseruimus: relinquuntur, ut in Cœna Domini nullum sit externum sacrificium.

Act.13. Secundus locus deprauatus est. Error est

παρα

παρὰ τὸ οὐρανὸν τῆς λέξεως. Nam λειτουργίαν  
est publico fungi munere: ac proinde ex  
loci circumstantia exponendum est: signi-  
ficat autem apud Lucam publicè docere:  
quandoquidem ibi agitur de publicis Ec-  
clesiæ doctribus: Fatorum quidem ipsam  
Euangelij prædicationem aliquando sacri-  
ficium dici per similitudinem, propter eas  
rationes quæ à nobis alibi commemoratae  
sunt (sic enim Paulus meminit oblationis Rom. 15.  
Gentium & λειτουργίας fidei, seq; adeò vo-  
cat Christi λειτουργίαν, apud Gétes ἵερηργοντα  
τὸ ἱερόν) sed quam hoc sit alienum ab  
externo Missæ sacrificio, vel ipsi Pontificij  
satis vident. Cur autem ieiunium tribuant  
iis qui Missæ sacrificium faciunt, non intel-  
ligo: cum ad illud suum altare, coram aliis  
ieiunis, illi soli manducent ac bibant.

Rom. 15.  
Phil. 2.

Tertius locus corruptus est errore con- 1. Cor. 10.  
simili. Est enim ridiculum nomine mensæ,  
altare intelligi ab Apostolo, cuius isti nec  
verba nec sententiam tenent. Nam ibi Pau-  
lus non agit de Ethnicorum altaribus, sed  
de eorum conuiuiis in honorem idolorum  
celebratis; quibus Christianos interesse ve-  
tat: quippe ipsius idolatriæ appendici-  
bus. Itaque cum poculi meminisset, statim  
addidit mensam, exegeticè, ut se de ipsis  
Ethnicorū cōuiuiis loqui testaretur. Ageba  
tur enim de esu idolothytorū, hoc est eorū  
quæ erāt idolis, nō sacrificada, sed sacrificata.

## 156 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

Porrò vocabulum poculi expendendum est,  
*Non potestis*, inquit, *poculum Domini bibere*  
 & *poculum dæmoniorum*. Ethnicos autem in  
 suis altaribus bibisse, ne fando quidem audi-  
 tum est: hoc enim peractis sacrificiis facti-  
 tabant. Vnde Athenæus, *μεθ' εν* quasi *μετα-*  
*τὸ θύειν* dictum existimat: eò quod postquā  
 sacrificauerant, solerent in solennibus illis  
 conuiuiis ebrietati indulgere. Quid, quod  
 isti nihil tale cogitantes, ipsi se refellunt?  
 nam si mensa apud Paulum altare significat  
 (ut volunt) & Paulus non ad solos Presbyte-  
 ros scripsit, sed ad totam Corinthiorū Ec-  
 clesiam (ut manifestum est) sequetur totam  
 Ecclesiam priscis illis temporibus Cœnæ  
 Domini sub utraque specie (ut vulgè dicunt)  
 communicare solitam fuisse: & istud altare,  
 pro quo tantopere decertant Pontificij, non  
 fuisse Presbyterorum proprium. Bis autem  
 ridiculum est, quod isti concludunt: Si men-  
 sa dæmoniorum altare significet, inde sequi,  
 per mensam Domini, altare esse intelligen-  
 dum: quasi verò idem vocabulum variè ac-  
 ceptum, non possit ad res diuersas signifi-  
 candas adhiberi: ut vicissim res eadē variis  
 nominibus significatur, alio atque alio re-  
 spectu. Sic altare vocant Pontificij, quatenus  
 opinantur se sacrificium reale facere:  
 quatenus autem sacrificulus illic comedit  
 & bibit: certè hoc respectu, nō iā altare, sed  
 mensam dicendā esse fateantur necesse est.

In

In quarto loco similem errorem admit- Heb. 13.  
 tunt. Nam altaris vocabulum Apostolus nō  
 usurpat propriè, ut significat altare aspecta-  
 bile & materiatum, sed, figuratè, pro ea re  
 quam altare veteris Testamenti & omnes  
 cæmoniæ legales adumbrarunt; nomén-  
 que signi tribuit ipsi rei significatæ. Quis  
 enim non facile animaduertat, Apostolum  
 altare illud opponere legali Tabernaculo:  
 ac propterea altari materiatu, quod erat in  
 ipso Tabernaculo collocatū. Nam Iudeos  
 obstinate cæmoniis legalibus addictos, &  
 Christū præfracte reiicientes, ab ipso Chri-  
 sto & ab eius meritis excludit. Quid, quod  
 verum Tabernaculum legali adumbratum  
 idem Apostolus manifestè dicit nō esse ma-  
 nufactum? quomodo igitur manufactum  
 erit altare, quod etiam nomine Tabernacu-  
 li comprehenditur? Quid porrò dicturi sunt  
 de altari illo cuius Ioannes mentionem sæ-  
 pe facit in Apocalypsi? num crassa quædam Apoc. 6.8.  
 & lapidea altaria nobis in cœlo fabrica- 9.11.14.  
 bunt? Desinat igitur Pontificij fallere παρα  
 τλω ἐμωρυπιζεν. Atque ita existiment, nos re-  
 pudiatis, non tantū legalibus, sed etiam  
 Pontificiis altaribus, habere nostrum altare,  
 nempe Christum Dominum nostrū in quo  
 & per quem nostras preces, gratiarū actio-  
 nes, nostra omnia, denique nos totos Deo  
 offerimus. Sic enim Apostolus locum hunc  
 de vero Christianorum altari concludens,

Heb.13.

Per ipsum igitur, inquit, assidue offeramus Deo sacrificium laudis, id est, fructum laborum confitentium nomini eius. En tibi altare, en sacrificia, quae nobis Apostolus commendauit. Sed praestat hoc argumentum Pontificiorum uno verbo in ipsos regere.

*Returquetur obiectio* Si ex visibili altari, sequitur, intelligendum esse visibile sacrificium (ut argumentantur Pontificij) Ergo simili ratione ex inuisibili sacrificio, sequuntur intelligendum esse altare inuisibile. Apostolus autem de Christianorum altari loquens non proponit externum aliquod sacrificium: sed inuisibile & spirituale tantum. Ex quo efficitur: Altare de quo locutus est, non crassè sed spiritualiter intelligendum esse. Quæ cùm ita sint, meritò negavimus quod à Pontificiis propositum fuit, Missæ sacrificium ipsis Apostolorum temporibus ab Ecclesia Christiana celebratum fuisse.

*Conclus. Re-  
pons. ad ob-  
iect. ex ver-*

Hactenus eas Pontificiorum obiectio- nes discussimus, quas illi sibi videbantur ex bo Dei pe- sacris literis depromere, ut suum Missæ sa- crificium externum & reale comproba rent. Sed quia, dum illis diffidunt, identidem se in veterum doctorum syluam coniiciunt, vt in eorum umbra delitescant: agè nos etiam audiamus isthæc eorum argumenta, vt dispiciamus quantum illa valere pos- simus.

Cap.

## CAPVT V.

**S**ic igitur Pontificij veterum Doctorum sententias nobis opponunt.

## Obiectio 1.

*Agnū Paschalem figuram fuisse sacrificij Missæ, veteres tradiderunt. Quare legitimum est Missæ sacrificium.*

Antecedens patet ex Chrysost. serm. de prodit. Iud. & Homil. 83. in Matth. Tertul. lib. 4. Contr. Mar. &c. Hier. lib. 4. in cap. 26. Matt. &c.

## Responsio.

Ex solo Dei verbo dogmata Christianæ fiduci dogmæ religionis esse statuenda, probauimus certa  
ta ex veteris Doctorum authoritate & sententia statuenda nā sunt.  
 hac de re à nobis instituta disputatione, quā inscripsimus, De Verbo Dei scripto aduersus human. Traditiones: nec audiendos veteres censemus, nisi quatenus cum verbo Dei consentiunt. Quamobrem ea quæ sequuntur in eam partem accipi nolim, quasi censem, hoc fidei caput de quo disputamus, esse veterum autoritate definiendum. Hoc enim nobis tantum propositum est, exenter, satis ne rectè Pontificij nobis veterum sententias obiiciant: adeò ut deinceps, non tā pro nobis, quām pro ipsis veteribus disputatione videamur, quos illi trahūt in suorum errorum societatē. Ut enim fateor veteres

Doctores suos quoque naevos habuisse: ita vehementer nego, eos qui probatores habentur, vñquam existimasse quod isti suis Decretis sanciuerunt; nempe Missam esse verum & externum sacrificium propitiatorium pro peccatis nostris. Iam igitur superiorem obiectionem attendamus.

*errores super  
yis obiect.* Falsum est tum Antecedens, tum Consequens. Dico falsum esse Consequēs, ed quod nullum vñquam sacrificium legitimum humana auctoritate constitutum fuit.

Falsum etiam Antecedens affirmo esse: dubiis rationibus.

Prior est: quia veteres (qui modò nomen aliquod in Ecclesia obtinuerunt) nunquam accommodarunt Agnū Paschalem ad Missæ sacrificium: imò nunquam sacrificij Missæ meminerunt. Sed Christum ipsum fuisse Agno Paschali figuratum docuerunt: adeò

*Aduers.* ut Christus passus (est enim vtendum Iher. lib. 4. nati verbis) Pascha adimpleuerit. Sæpe quidem Sacram Domini Cœnam tractantes, ad Agnum Paschalē alluserunt: sed valeat consequens, à S. Cœna Domini, ad Missæ sacrificium, hoc verò constantissimè pernegas mus. Error est παρὰ τέλον ἀγνοῶν οὐδὲ κατεχειν.

Posterior ratio: quia veteres, si quando Agnum Paschalem accommodarūt Cœnam Domini, similitudinem inter Agnum illum & S. Cœnam constituerunt, in ipsa man-  
ducatione: qua Christum pro nobis cruci-  
fixum

fixum participamus. Sic enim CHRYSTOMVS in eo loco quem nobis obijciunt,  
*Ad mysteriorum, inquit, sacram celebrationem* Ser. de pro.  
*multos festinare inspicio: ut igitur, & cœlestis mē-* Iud.  
*sa satietate perfruantur, & nostro sermone non ca-*  
*reant, tractatus congruè temperetur.* Item, *Nemo* Ibid.  
*sit Iudas in mensa, hoc sacrificium, cibis spiritua-*  
*lis est.* Et alio in loco agēs de Cœna D. Chri- In Matth.  
*stus, inquit, hoc mysterium tradidit quando le-* homil. 83.  
*gem iam cessare oportebat. Præcipuam autem*  
*eorum solennitatem dissoluit [nempe Agni Pa-*  
*schalis] ac ad aliam tremendam mensam eos co-  
*uocans dicit: Accipite, comedite, hoc est corpus*  
*meum.* Idem alibi, Pascha Iudei celebrabant, In. 1. Cor.  
*ita ut in speculo & anigmate: ineffabilia autem* 13:  
*mysteria non intellexerunt quæ illis rebus adum-  
 brabantur: Quòd filius Dei carnem indutus ma-  
 ëlandus esset & orbem terrarum uniuersum libe-  
 raturus: Grecis, Barbaris, sanguinem gustandum  
 exhibiturus, cœlum omnibus aperturus, quæ istic  
 bona sunt humano generi communicaturus: car-  
 nem hanc mactatam sumens supra cœlum subla-  
 turus, & ad dextram Patris colocaturus esset.  
 Hæc Chrysostomus de Agni Paschalis veri-  
 tate differens, & nihil nobis de Missæ sacri-  
 ficio proponens.**

TERTULLIANVS quem obiiciunt: Contr.  
*Professus, inquit, Christus, se concupuisse edere* Marc. 1.4  
*Pascha ut suum (indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem &*  
*distributam Discipulis corpus suum illum fecit,*

*Hoc est corpus meum, dicendo: id est figura corporis mei. Audiant Pontifices & sentiant quām infeliciter locum hunc eitarint: atque hæc præsertim verba diligenter expendant: acceptum panem & distributum Discipulis.*

In cap. 26. **HIERONYMVS** in loco nobis obiecto,  
Matth. 1.4. *In Luca legimus duos calices, inquit, unum primi mensis, & alterū, secundi: ut qui inter sanctos primo mense Agnum comedere nō potuerit, secundo mense inter poenitentes Agnum comedat. Idem: Pascha nostrum immolatus est Christus: si tamen comedamus illud in azymis sinceritatis & veritatis. Audiamus etiam quidnam alij ex veteribus hac de re censuerint.*

In ca. 1. **EFS.** *Sic igitur BASILIVS. Celebremus Pascha, inquit, non in fermento malitie & nequitie: sed in azymis sinceritatis & veritatis: Immolata ad vesperū, hoc est, in consummatione seculi, vera illa one, népe, Christo, cuius caro verus est cibus, &c.*

21. Sentēt. **AVGVSTINV**. *Pascha Iudeorum, non nisi circuncisión dabatur. Purgatis enim solis & lauacro indulgentie cœlestis expiatis, percipiendi Christi corporis, sacrati cibi, facultas porrigitur.*

Epist. 83. **AMBROSIVS.** *Sumamus feruenti spiritu sacramentū in azymis sinceritatis & veritatis: atque eiusmodi pleraque. Et, ne scholasticos*

In 1. Cor. planè negligere videamur: Sic Thomas locū cap. 5. Apostoli tractās: *Quia Christus immolatus est, Pascha nostrū, inquit, Itaque epulemur: scilicet, manducantes Christum, nō solum sacramentaliter*

*(secun-*

(secundum illud Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*) sed spiritualiter, fruendo sapientia eius. Ex quibus omnibus manifestum esse potest, quatenus & quo sensu, veteres Agnum Paschalem ad S. Domini Cœnam accommodarint.

## Obiectio 2.

*Missa sacrificium fuisse oblatione Melchis- deci figuratum veteres tradiderunt. Quare, legiti- mum est Missæ sacrificium.*

Antecedens patet ex August. lib. 17. De Cini. D. cap. 17. l. 1. Contr. aduers. leg. & Prophet. cap. 20. Hieronym. in Epist. ad Euagr. Ambr. lib. 5. de Sacram. Cypr. lib. 3. Epist. 2. &c.

## Responso.

Ne mihi repetenda sit ratio cur istud Cō- sequens falsum sit (eam enim proposui in re- sponsis ad superiorem proximam obiectio- nem) Antecedens excutio: atque id falsum esse duabus itidem rationibus demonstro.

Prior ratio: quia (vt in superiori responsio ne diximus) veteres illi quos nobis obiiciunt, non locuti sunt de Missa: sed de Cœnæ D. sa- cram. quod nihil habet cū Missa commune, nisi lucem cum tenebris simul coniungeris.

Posterior ratio: quia veteres dum ad Euc- charistiam referunt panem & vinum quæ Mel- chisedecus protulit, non eò spectant, vt inde sacrificiū aliquod externum & reale consti- tuat, in quo Christus denuo offeratur: imò (si

paucos excipias) non existimarunt Melchi-  
sedecum obtulisse Deo panem & vinum, sed  
hac ratione mysterium Eucharistiæ magis  
magisque commendare voluerūt: quod iam  
priscis illis temporibus, iisdem signis, nem-  
pe pane & vino Abrahamo exhibitis, Chri-  
stus fuerit adumbratus, quæ quidem longè  
postea Christus ipse instituit in sacra Cœna,  
ut nos faceret sui corporis & sanguinis par-  
ticipes. Sed id Hieronymi verbis quam meis

In Matth. explicare malo. Postquam, inquit, typicum  
c. 26. l. 4. Pascha fuerat impletum & Agni carnes cum  
Apostolis comedederat: assumit panem qui con-  
fortat cor hominis, & ad verum Paschæ transgre-  
ditur sacramentum, ut quomodo in præfiguratio-  
ne eius, Melchisedec summi Dei sacerdos panem  
& vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem  
sui corporis & sanguinis repræsentaret. Atque id  
quod dicimus, loci contra nos citati planè  
confirmant.

De Ciuit. *Vbi*que, inquit AUGUSTINVS, offertur  
D. I. 17. c. 17 sub sacerdote Christo quod protulit Melchisedec,  
quando benedixit Abraham. Audite Ponti-  
ficij Pontificiæ Transsubstantiationis patro-  
ni: & iam vos pœnitent Augustinum huc vo-  
casse. Et alibi dicit quidem tale sacrificium  
offerri: nimirum eò quod panis & vinum in  
sacramento Cœnæ D. adhibentur.

Ad Euagr. Sic porrò HIERONYMVS nobis obie-  
de Melchi. Etus aliorum sententiam commemorans.  
Ordinem eius multis modis interpretantur, in-  
quit,

quit, quod solus & Rex fuerit & sacerdos & ante Circumcisionem funditus sacerdotio &c. neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, sed pane & vino simplici puroque sacrificio, Christi dedicauerit sacramentum. Hæc Hieronymus ex aliorum sententia signorum similitudinē considerans: qui videntur exhibitionem panis & vini sacrificium appellare. Huc certè Thomas accedit ita locum hunc de Melchisedeco tractans. Sacerdos, inquit, debet exhibere confortationem: primò per bona monita: secundò per sacramentorum administrationem benedicendo. Vnde, Et benedixit ei, Gen. 14.

AMBROSIVS autem: *Quis, inquit, habuit De Sacra. l. panem & vinum? Melchisedec. Ipse ergo autor 4.c.3. sacramentorum &c. Ergo primò intellige sacramenta hæc quæ accepis anteriora esse quam sint Moysi sacramenta, &c.* Idem: *Cognouimus sa- erorū istorū figurā Abrahæ tēporibus præcessisse.*

Denique CYPRIANVS: *In sacerdote Melchisedec sacrificij Dominici sacramentum præfiguratum videmus.* Et paulò post: *Præcedit i-mago sacrificij Christi in pane & vino scilicet constituta.* Loquitur autem de morte Christi: & hinc refellit Aquarios, qui sola aqua in Cœne D. sacramento vrebantur: quod Melchisedec vinum obtulerit. Ait autem Melchisedecum fuisse figuram Christi, qui Deo Patri suum corpus & sanguinē obtulit: quod Pontificij de suo incruento sacrificio intellegunt, cùm tamen Cyprianus de ipsa Christi

In 7.c. Ep.  
ad Heb.

Ib.l.5. c. 1.

Lib. 2. Ep. 3

Ibid. morte & de sacrificio in cruce facto loquatur. Sic enim paulò pōst: *Vt appareat*, inquit, *in Passione Dominica id esse gestum quod fuerat ante prædictum.* Exponit locum Solomonis quem adiungit exemplo & figuræ Melchise-deci tanquam de re vna eadēmq; intelligendum. Idē paulò ante de Noe dixit. *Quod Noe typum future veritatis ostendens, non aquā, sed vinum biberit & sic imaginem Dominica Passio-nis expreſſerit.* Hæc ille.

Nihil igitur habet Pontificij in superiorib<sup>9</sup> veterū Doctorū testimoniiis, quo sux Missa sacrificium stabiliant. Etenim qui censem Eucharistię mysteriū fuisse adumbratū pane & vino, de quibus sit mētio in Melchisedeci historia. Illi certè non propterea dicunt in Missa fieri verum, & externū sacrificium, in quo perēpta panis & vini substātia Christus sacrificatur & offertur Deo. Imò potius ex superioribus veterū sententiis manifestū est, panem & vinum in Eucharistia remanere.

*Quinetiā cùm pleriq; veteres existimarint,*  
*Plerique vñ- teres Mel-chisedecum panē & vi-*  
*nū: viderint Pontificij quām firmum argu- mentū ex hac veterū allegoria proferre pos-nūm Abra-*  
*sint. Sic enim Augustin. De Melchisedec le-be obtulisse gimiū, inquit, quia obviauit Abrahæ reuertenti à censuerunt. cæde regū & protulit panes & vinum, & obtulit ei & benedixit eum.* Et AMBROSIUS. Tunc Abraham venit viator & occurrit illi Melchisedec sacerdos, & obtulit ei panem & vinū.

*Q[uod] st. ex vtroq. 109.*

*De sacra L. 4. c. 3.*

Idem

Idem alibi, proponit sententiam Hebræo- In Ep. ad  
rum Doctorum: *Quod Melchisedec in refe- Heb. ca. 7.*  
*tionem iam Abrahæ quam pugnatorum eius, pa-*  
*nem vinumque protulerit, neque id Ambrosius*  
*repudiat.* T E R T V L. *Melchisedec Abra-*  
*hæ iam circunciso reuertenti de prælio panem &*  
*vinum obtulit in circuncisus.* Multa eiusmodi  
apud veteres occurrunt. Falluntur ergo Pó-  
tificij qui putant, veteres hunc typū in Mel-  
chisedeco commendare, quod is panem &  
vinum Deo obtulerit: illa enim prolata &  
oblata fuisse Abrahamo verbis dilucidis af-  
firmant. Sed figuram illi constituunt in pa-  
ne & vino: propterea quòd Christus illis i-  
psis signis adhibitis eos pascit suo corpore  
& sanguine, qui vera fide tantum beneficium  
percipiunt. Atque ita volunt Melchisede-  
cum fuisse typum Christi Ecclesiam pascen-  
tis suo corpore & sanguine. Ac ne à vete-  
rum campo (in quem sumus ingressi) rece-  
damus, ecce tibi planis & perspicuis verbis  
apud Chrysostomum, quid veteres senserint  
de hac Melchisedeci figura. Sic enim ille,  
nobis explicans cur Abrahamus res oblatas  
à Sodomorum rege accipere recusarit: &  
panes ac vinum à Melchisedeco oblatum ac-  
cepit. A Melchisedec, inquit, non in- In Genes.  
iuria accepit: viri enim virtutem Diuina homil.36.  
Scriptura assignauit, dicens: Erat autem sa-  
cerdos Dei altissimi: quanvis alias que fie-  
bant, Christi typus erant, & oblata, sa-

Aduers.  
 H̄c ref.  
 H̄c. 55.

cramentum quoddam præsignant: ideoque non  
 renuit. Sic porrò Epiphanius aduersus Mel-  
 chisedecianos: *Quum Abraham fuit annorū*  
*80. aut 90. plus minus, tunc Melchisēdec ipsi*  
*obuiam venit, & proposuit ipsi, panes & vinum,*  
*mysteriorum enigmata præfigurans & exempla-*  
*ria, cùm Dominus noster dicat, Ego sum panis vi-*  
*nens: & exemplar sanguinis ipsius, qui ex late-*  
*re ipsius compuncto fluxit ad purgationem inqui-*  
*natorum & resperzionem ac salutem animarum*  
*nostrarum. H̄ec ille.* Ex quibus vides, hanc  
 fuisse veterum sententiam, panem & vinum  
 oblata, non Deo (nulli enim aut paucissimi  
 ex veteribus ynquam ita locuti sunt) sed A-  
 brahamo, fuisse exemplaria & typos Christi  
 Domini nostri, qui fese in cruce pro nobis  
 obtulit, & qui se nobis offert in Cœna vera  
 fide recipiendū. Veteres igitur constituerūt  
 similitudinem inter Melchisedecū offerente  
 Abrahamo panem & vinum: & Christū of-  
 ferentem seipsum nobis adhibitis panis &  
 vini mysticis symbolis: tantū abest, vt de  
 Christo Patri offerendo cogitarint. Eodem

In Ps. 109. spectat h̄ec Chrysostomi verba: *Quare dixit*  
*secundūm ordinem Melchisedec? Et propter sa-*  
*cramenta, quod ille quoque panem & vinum A-*  
*braha obtulerit: & quod hoc sacerdotiū sit à lege*  
*liberū, & quod neque finem, sicut dicit Paulus,*  
*nec principium habeat.* H̄ec Chrysostomus

In Ps. 109. quæ extant etiam apud Basiliū totidē ver-  
 bis. Imò ipse Lombardus Scholaisticorum  
 pater

pater: *Huius sacramenti, inquit, ritum ostendit Lib. 4. Sét.*  
*Melchisēdec ubi panem & vinum Abrahā ob-* d. 8.  
*tulit. Damascenus autē: Pane & vino, inquit,* Orthod.  
*exceptit Melchisēdec Abrahā: illa mensa hanc* fid. l. 4. c. 14  
*mysticam prefigurauit. Hæc ille. Verūm: Quid* obiectio pō-  
*vetat, inquis, panem & vinum antè oblata* tific. I.  
*fuisse Deo, ac postea Abrahamo exhibita?* Resp.  
*Nimirū, quòd tuum sit somnium, non Scri-*  
*pturæ testimonium, in qua ne minimū qui-*  
*dem huiusce rei vestigium extat. Cæterū*  
*non tantūm Melchisēdeci panem & vinum*  
*allegoricè Veteres ad S. Cœnam retule-*  
*runt: sed etiam vinum quo Noachus ine-*  
*briatus est: & hæc verba Iacobi Patriarchæ*  
*Gene. 49. *Lauabit in vino stolam suam.* Vt*  
*videre licet apud Hieronymum & Cypria-* Ad Euseb.  
*num, ne mihi multa similia commemoran-* lib. 2. Ep. 3.  
*da sint. Quę quidem omnia satis magno ar-*  
*gumento esse debent, quatenus ex veterum*  
*allegoriis liceat disputare. Quinetiam non*  
*desunt ex veteribus qui legalem & Aaroni-*  
*cām oblationem Similæ, censeant fuisse Eu-*  
*charistia sacramentum: quod quām alienū*  
*fit ab hac Melchisēdeci allegoria, satis in-* Iust. Mart.  
*telligunt iij qui tractationē Apostoli in Epi.* in Tryph.  
*ad Heb. attente perlegerunt.* An satis  
 conuenienter  
 Veteres fa-  
 ctum Mel-  
 chisēdeci ad  
 S. Cœnam re-  
 tulerint.

Equidem (quod maiorum nostrorum pa-  
 ce dictum velim) tametsi non possum non  
 laudare pium illud studium quo sacrū Cœ-  
 næ Dominicæ mysterium nobis com men-  
 dare voluerunt: mallem tamen eiusmodi

allegorias prætermissas. Atque adeò ab hac Melchisedeci, panem & vinum Abrahamo offerentis allegoria abstinere (meo quidem iudicio) præstitisset. Primum, quia nobis Sacra menta exhibentur in ipsa adhuc acie, hoc est, in hac vita, constitutis: neque tum exhibebūtur amplius, quum in vitam æternam recepti, de Satana, mundo, carne, déque omnibus viciis, prostratisque hostibus triumphum agemus. At Abrahamo Melchisedecus panem & vinum obtulit, non ad pugnam proficiscenti: sed à pugna reuerten ti, & iam de fusis hostibus triumphan ti. Deinde, nequid dissimulem, hæc allegoria videtur hausta ex fæce Rabbinica Iudeorum: ac propterea ab ipsis Christianis re-

Rab. Sol. spuenda. Veteres enim Iudei historiā Melchisedeci allegoricè tractantes, existimau-  
runt, ea fuisse significatum, tandem fore, vt

sacrificia legalia Hierosolymæ fierent. Sed de his haec tenus: nam superiori quidem ob-  
iectioni videtur à nobis satis factum, ex iis  
quæ diximus. Quod si nostra hac responsio-  
ne contenti non sint Pontificij: agè conuo-  
cemus ipsis Scholasticos & eos inter se cō-

Pontificij à mittamus, vt intelligent, etiam nobis tacen-  
tibus, suam sententiam corruere, à seipso la-  
befactatā. Sic igitur L O M B A R D V S, quem  
illi Magistrum salutant.

Sentent. l. Presbyteri accipiunt calicē cum vino, & pa-  
4.d.24. tenam cum hostiis, vt per hoc sciant se accepisse  
poter-

potestatē placabiles Deo hōstias offerendi: Hic  
ordo à filiis Aaron sūpsit iniunum. Hæc ille.  
Ex quibus nos ita concludimus.

Si ordo Melchisēdeci opponitur ordini Aa-  
ronis (ut docuit Apostolus) & Presbyterorum  
Pontificiorum ordo sūpsit initiū à filiis Aaro-  
nis (ut ille Magister affirmauit) & ipsum Missæ  
nomē deductū sit à vocabulo *Missa* in legalibus  
& Aaronicis ceremoniis usurpatō (quod quidā  
argutiōres Monachi defendant) Ergo nihil eorū  
que ab ipsis etiam Veterib[us] de sacerdotio Mel-  
chisēdec dicta sunt, ad Presbyteros Pontificios,  
nec ad Missæ sacrificium pertinet.

### Obiectio 3.

Hanc Malachia Prophetiam: In omni lo-  
co sacrificatur & offertur nomini meo oblatio  
munda: Veteres de Missæ sacrificio exposuerūt.  
Quare: Missæ sacrificium est legitimum.

Antecedens patet ex Chrysost. Homil. in Psal.  
95. Iren. lib. 4. c. 33. Iust. Mart. in Tryphonie.  
August. de Ciuit. D. lib. 18. cap. 35. Euseb. Cesa-  
riensis Demonst. Euān. lib. 1. cap. 10. Hieronymo  
in Malachiam. &c.

### Responsio.

Omnia vitiosa. Ac ne pluribus immore-  
mur in refellendo consequenti: Fallit etiam  
Antecedens, eo modo quo superiora quæ  
iam redarguimus, Non enim veteres illi  
nobis obiecti, de Missa, sed de Cœnæ Domi-  
nicæ sacramento locuti sunt. Cùm autē in S.

*Errores supe-  
rioris obiecti.*

Cœna fieri, non reale & externum, ut Pontificij comminiscuntur, sed spirituale sacrificium veteres existimarent (qua de re postea nobis agendum erit) hinc factum est, ut oblationem de qua Prophetauit Malachias ad S. Cœnam accommodarint. Errant igitur Pontificij suo more παρὰ τὸν ἀγροταῖς τὸν θεόγχον. Veteres autem locum Malachiæ de spiritualibus Christianorum sacrificiis intelligere, ac propterea Pontificiorum sententiam euertere, nendum adiuuare, sicut ex ipsis eorum verbis manifestum.

**HOM. IN  
PF. 95.** **CHRYSTOMVS** quem nobis obiciunt, postquam locum, Malachiæ ad mysticam mensam (ut ille loquitur) hoc est, ad Cœnæ Dominicæ sacramentū retulit: quod, veterum aliorum more sacrificium appellat (ut paulò pōst dicemus.) *Est igitur, inquit, primum sacrificium quod ante dixi, spirituale illud ac mysticum donū de quo Paulus ait Eph. 5. Imitatores estote Dei tanquā filij dilecti & ambulate in dilectione quemadmodum & Christus dilexit nos, tradiditque seipsum pro nobis Deo sacrificium & oblationem in odorem suavitatis.* Et aliquantò pōst, vocat sacrificium illud, *salutare donum, nimirum quia in sacro illo mysterio Christū pro nobis passum ac mortuum vera fide recipimus.* Idem Chrysostomus alio in loco tractans hanc Malachiæ Aduer. Iu. Prophetiam. *Non per fumum ac nidorem, inquit, non per sanguinem ac redemptoris pretia* *sed*

*sed per spiritus gratiam offertur.*

IRENAEVS nobis obiectus verba Malachię exponit de Eucharistia, quatenus Deo 32. gratias agimus pro summis eius in nos beneficiis. Atq; adeò tantum abest ut de Christo offerendo loquatur, vt potius de rerum creatarum oblatione verba faciat: ad vetustissimum illum Christianorum morem respiciens, quum illi Cœnam Dominicam celebrantes, eleemosynas in pauperes conferrent: *Christus, inquit, suis Discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis: non quasi indigenti, sed ut ipsi nec inserviantur nec ingratiscantur, eū qui ex creatura panis est accipit,* &c. Noui Testamenti nouam docuit oblationem quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in uniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munierum in novo Testamento de quo Malachias præsignificauit, &c. Et paulò post. In omni loco incensum offeratur nomini meo & sacrificium purū: incensa autem Ioannes in Apocalypsi orationes esse ait sanctorum. Idem postea: *Quoniam igitur cum sim- plicitate Ecclesia offert, suslē munus eius purum sacrificium apud Deum deputatū est, quem admodum & Paulus Philippensibus ait: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito que à vobis missa sunt.* &c. oportet enim nos oblationem Deo facere & in omnibus gratos inueniri. Et aliquāt op̄st. Offerimus non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius & sanctificantes creaturam:

Lib. c. 32.

Ib. c. 33.

Ib. c. 34.

Quemadmodum enim Deus non indiget eorum  
qua à nobis sunt: sic nos indigemus offerre ali-  
quid Deo, sicut Salomon ait. *Qui miseretur pau-*  
*peris, fœneratur Deo. Qui enim nullius indigens*  
*est Deus, in se assumit bonas operationes nostras*  
*ad hoc ut præstet nobis retributionem honorum*  
*suorum, sicut Dominus noster ait: Venite benedi-*  
*cti Patris mei, &c. esuriui enim & dedistis mihi*  
*māducare. Hec ille. Porro harū oblationum in*  
*celebratione Cœnæ Domini fieri solitarum me-*  
In. i. Cor. minit Ambrosius, inquiens. *Quum una atque*  
c. ii. *eadem prece omnium oblationes benediceren-*  
*tur. &c. Non ausim tamen negare quin*  
*mos ille offerendarum eleemosynarum, pu-*  
*blica prece adhibita, fuerit humanum ad-*  
*ditamentum, quo Veteres à priore Christi*  
*instituto iam desleæcebant.*

In Tryph. *IUSTINVS MARTYR* nobis obiectus  
vocat panem & vinum sacrificia, sed qualia  
sint hæc sacrificia ita exponit in illo ipso lo-  
co: *Vt, inquit, gratias ageremus Deo, cum pro*  
*eo quod mundum cum uniuersis quas complecti-*  
*tur rebus, hominis gratia crearit: tum ob id etiam*  
*quod ab omni in qua fuimus malitia nos libera-*  
*rit, ac principatus potestatesq; perfecta occiderit*  
*occidione per eum qui de consilio & voluntate*  
*eius factus est patibilis. hæc ille, ex quibus*  
*manifestè colligitur: S. Domini Cœnam à*  
*Iustino Martyre vocari sacrificiū, videlicet*  
*Eucharisticum & gratiarum actionis, ac*  
*proinde spirituale.*

A V G U S T I N U S quidem ait sacrificium De CivitD.L.I&c.  
offerri iuxta Prophetiam Malachiæ: nempe de Cœnæ Dominicæ sacramento locum il-<sup>35.</sup>

lum intelligens. Eiusmodi autem sacrificium esse spirituale, hoc est, sacrificium laudis, perspicuum est ex alio loco apud eundem Augustinum: *Ecclesia*, inquit, *immolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis ex quo Deus Deorum locutus vocavit terram à Solis ortu usque ad Occasum*: *Hæc quippe Ecclesia, est Israël secundum spiritum, à quo distinguitur ille Israël secundum carnem, qui seruiebat in umbris sacrificiorum, quibus significabatur singulare sacrificium, quod nunc offert Israël secundum spiritum, cui dictum est: Audi populus meus, &c.* De huius enim domo non accipit vitulos. *Iste immolat Deo sacrificium laudis, &c.* Et paulo post: *In omni loco incensum offertur nomini meo, &c.* *Malach. 1.* Incensum enim quod est Græcè Thymiana, sicut exponit Ioannes in Apocalypsi orationes sunt sanctorum.

E V S E B I U S nobis obiectus loquitur de sacrificio laudis, ac propterea de spirituali sacrificio. Hæc enim sunt eius verba: *Sacrificamus Deo altissimo sacrificium laudis, & paulo post: Memoriam illius magni sacrificij secundum ea que ab ipso tradita sunt mysteria celebrantes & gratias Deo pro salute nostra agentes, &c.* Idē alibi locū hūc exponit de Incenso & sacrificio orationis quod Gentes per Lib. 1.c. 6. pias orationes summo Deo erant oblaturæ.

Contr.  
Aduer.  
leg.& Pro.  
3.l.1.c.20.

In Malac.  
c.i.

HIERONYMVS nobis obiectus idem etiam sensit: sic enim ille: *Vt sciant carnalibus victimis spirituales victimas successuras, & nequaquam taurorum, hircorumque sanguinem, sed thymiam, hoc est, sanctorum orationes Domini*

Aduers. no offerendas. Sic etiam TERTULLIANVS  
Marc.li.4. In omni loco sacrificium mundum offeretur: scilicet simplex oratio de conscientia pura. & alibi:

Aduers. De spiritualibus vero sacrificiis addit dicens: Et in omni loco sacrificia munda offerentur nomini meo, dicit Dominus, & paulo ante: Sicut ipse per Malachiam dicit: Non recipiam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab Oriente Sole usque ad Occidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus: & in omni loco offerentur sacrificia munda nomini meo. Item. in Ps. lmis David dicit: Afferte Deo patriae Gentium: indubitate quod in omni terra exire habeat prædictio Apostolorum. Et alio in loco. Ab ortu

Marc.l.3. Solis usque in Occasum nomen meum gloriatum est in nationibus, & in omni loco sacrificium nomini meo offertur & sacrificium mundum: Gloria scilicet relatio & benedictio, & laus & hymni. Sed non opus est pluribus: cum ipsorum Veterum, Prophetam hanc de spiritualibus sacrificiis exponentium sententia palam ante omnium oculos constituta sit: adeo ut planè frigeat superior Pontificiorum obiectio.

Obiectio 4.

Veteres passim Eucharistia vocant sacrificium.

Quare

*Quare Missæ sacrificium legitimum est.*

*Antecedens non eget probatione: sic enim veteres identidem loqui solent, ut perspicuum est iis qui in eorum lectione versati sunt.*

*Responsio.*

Iudem errores qui suprà: tum in Conse- Errores superioris obiect  
quente, tū etiam Antecedente. Quid enim, obsecrò, commune habet Missa cum Cœnæ Dōminicæ sacramento? Adhæc (quod iam paulò antediximus) considerandum est quo sensu Veteres S. Dōmini Cœnam sacrificiū appellatint.

Primum: quia in hoc mysterio fit commemo- car veteres  
s. Cœnam appellorint Sacrif. cificium.  
ratio unici illius sacrificij, quod prono-  
bis in cruce factum est. Atque hæc commemo-  
ratio coniunctam habet gratiarum actio-  
nem: adeò ut sit sacrificium ἡγαπήν &  
gratiarum actionis: ac propterea inter spi-  
ritualia Christianorum sacrificia recensem-  
dum: teste Apostolo ad Hebr. *Per ipsum, in-* Heb. 13.  
*quit, assidue offeramus Deo sacrificium laudis,*  
*id est, fructum labiorum confidentiū nomini eius.*

Deinde quia in sacro hoc mysterio, siquidem à nobis cum vera fide, sincerisque ani-  
mis celebretur; nos ipsos totos Deo conse-  
cramus: quod est spirituale sacrificium, no-  
bis imprimis ab Apostolo commendatum  
his verbis: *Precor ut sistatis corpora vestra ho-* Rom. 12.  
*stiam vinam, sanctam, acceptam Deo, rationale*  
*cultum vestrum.*

Denique, quia id fuit olim in more posse.

*Heb. 13.* tum, ut quum S. Cœna celebraretur, tum fideles offerrent eleemosynas, quibus egenis fratribus subuenirent: quod est etiam spiritualis sacrificij genus ita docente Apostolo, *Beneficentie & communicationis ne obliuiscimi- ni, talibus enim victimis delectatur Deus.* Huc veteres respexisse, cum Eucharistiam sacrificium appellarunt, satis perspicuum esse potest ex ipso vocabulo Eucharistæ, quod significat gratiarum actionem. Quare qui sacrificium Eucharistæ dicit, ille dicit sacrificium gratiarum actionis. Sed præstat ex infinitis propè veterum testimoniorum quedam excerpere, ex quibus corum sententia fiat etiamnum dilucidior.

*Lib. 2. ep. 3.* CYPRIANVS. *Quia passionis eius men- tionem in sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ipse fecit facere debemus.*

*In Matth. homil. 83.* CHRYSOSTOMVS. *Si mortuus Iesus non est: cuius symbolum ac signum hoc sacrificium est?* Idem: *Quod pro Iudeorum salute aliquando faciebat, temporibus, locisque ac festiuitatibus variis in memoriam illos suorum beneficiorum reducens: id nunc quidem magno cum cumulo est operatus in nobis ipso genere sacrificij ad inge-*

*In Epist. ad Heb. hom. 17. nem.* Idem: *Offerimus quidem sed ad recordationem frumentos mortis eius.*

*In cap. 10. Epist. ad Hebr.* AMBROSIVS ex Chrysostomo: *Nonne per singulos dies offerimus? offerimus quidem, sed recor-*

Recordationem facientes mortis eius: & una est  
hic hostia, non multæ. Quomodo una est, & non  
multæ? Quia semel oblata est in sancta sancto-  
rum. Hoc autem sacrificium exemplar illius est,  
&c. Hoc quod facimus, in commemorationem  
sit eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit,  
in mei commemorationem. Non aliud sacri-  
ficium sicut Pontifex: sed ipsum semper offeri-  
mus: magis autem recordationem sacrificij ope-  
ramus.

AUGUSTINVS: Sacrificium laudis hono- Contr. Ad  
rificabit me Psal. 49. Quod est autem sacra- uer. leg.  
tius laudis sacrificium, quam in actione gra- & Prophet:  
tiarum? Vnde maiores agenda sunt Deo gra- l. i. cap. 18.  
tia, quam pro ipsis gratia per Dominum no-  
strum Iesum Christum? Quod totum fideles in  
Ecclesiæ sacrificio sciunt, &c. Idem: Nonne se- Epist. 23;  
mel immolatus est Christus in seipso? & tamen  
in sacrificio non solum per omnes Pascha so-  
lennitates, sed omni die populis immolatur.  
Nec viique mentitur qui interrogatus, cum  
responderit immolari. Si enim sacramenta quan- De fid. ad  
dam similitudinem earum rerum quarum sa- Pet. Diacon.  
cramenta sunt, non haberent: omnino sacra- cap. 19.  
menta non essent, &c. Idem: Firmissime te-  
ne & nullatenus dubites unigenitum Dei ver-  
bum carnem factum se pro nobis obtulisse sa-  
crificium, & hostiam Deo in odorem suau-  
tatis: cui nunc cum Patre & Spiritu San-  
cto sacrificium panis & vini in fide & charita-  
te sancta Ecclesia catholica per uniuersum orbem

180 DE VNICO CHRISTI SACRIF.

terra offerre non cessat. In carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi quam pro peccatis nostris fuerat oblaturus. In ipso autem sacrificio: gratiarum actio atque commemoratione est carnis

De Ciuit. Christi quam pro nobis obtulit, &c. Idem, Hoc D. lib. 10. est sacrificium Christianorum: multi unum corpus cap. 6.

sumus in Christo: quod eri in sacramento altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia: ubi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert, i-

psa offeratur. Idem, Sacrificium laudis glorificabit me Psal. 49. Huius sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi per victimas similitudinem promittebatur: in passione Christi per ipsam veritatē reddebatur: post ascensum Christi per sacramentum memoriae celebratur.

De Demō. Eusebius. Memriam illius magni sacrificij celebrantes, &c. Verum quid pluribus cap. 10. recensendis immoramus? Saltē audiant Pontificij Magistrum suum Petrum Lombardum, quo uno ipsorum scholae personat, ita quæstionem hanc definientem.

Sent. li. 4. Quæritur: si quod gerit sacerdos, propriè dicatur sacrificium, vel immolatio: &c. Si Christus dist. 12. &c vid. Can. quotidie immoleatur: vel semel tantum immolatus Semel immolatus & sit. Ad hoc breuiter dici potest: Illud quod offeratur & consecratur à sacerdote vocari sacrificium & oblationem: quia memoria est & representatio Can. In Christo. veri sacrificij & sanctæ immolationis facile in aræ crucis. Et, semel Christus mortuus est in cruce, ibique immolatus est in semetipso: quotidie autem immolatur in sacramento, quia in sacramento recordatio De Consecr. dist. 2.

*cordatio fit illius quo d factum est semel. Sic Lō-*  
*bardus breuiter (vt ille quidem ait) & verbis*  
*paucissimis, profusam Pontificiorum de rea-*  
*li suo sacrificio loquacitatem redarguit. Iā*  
*quod diximus veteres censuisse, in sacra Cœ-*  
*na nos totos esse Deo, spirituali sacrificio,*  
*offerendos, non eget probatione: neque id*  
*Pontificij in dubium reuoc int: itēmque de*  
*oblationibus in usum pauperum olim fieri*  
*solitis, plura non sunt dicenda, quandoqui-*  
*dem ea de re testes audiuimus Irenæum &*  
*Ambrosium. Nec puto oblationem (Offer-*  
*torium vocant) sacerdotibus Pontificiis dis-*  
*plicere: non iam pauperibus erogandam*  
*(qui mos veterū fuit) sed priuatis sacrificiu-*  
*lorum commodis cessuram. Itaque legem*  
*hanc in sua Decreta retulerunt. Omnis Chri-*  
*stianus procuret ad Missarum solennia aliquid*  
*Deo offerre, & ducere ad memoriam quod Deus*  
*per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu*  
*meo vacuus. Hęc Gregorius VII. vbi glossa-*  
*tor ait, eas oblationes esse ex debito exigē-*  
*das, ad eāsque dandas Parochianos cogendos*  
*esse. O tempora! En igitur quō redie-*  
*rint veterum oblationes quibus suam testati*  
*sunt erga pauperes benignitatem. Sed de his*  
*ac de tota quidem superiori obiectione, ha-*  
*ctenus.*

Cā. Omnis  
Christian⁹.  
de Consec.  
dist. 1.

### Obiectio 5.

*Hieronymus eos refellit qui locum Danielis de*  
*sollendo iugis sacrificio ad Antiochi temporare-* In cap. 12.  
*Danielis.*

ferabant: eumque exponit de Antichristo. Erga  
tenet consequentia supra suo loco proposita: locum  
Danielis esse de Missæ sacrificio exponendum.

## Responsio.

De Prophetia Danielis ac de iugi sacrificio suo loco differuimus. Ad Hieronymi sententiam quod attinet: possim ego vicissim testem producere Chrysostomum, Danielis prophetiam de Antiocho verbis clarissimis exponentem: & iuge sacrificium ad legales cætēmonias referentem. Sic enim ille, *Erat mos Iudeis & vesperi & sub auroram & singulo quoque die sacrificium offerre Deo.*

*Atque hac de causa sacrificium illud Entelechismum, id est, assiduitatem, sive continuationem vocabant.* Itaque veniens Antiochus hunc modum sustulit. Cæterum, licet quidem Hieronymo & plerisque aliis autoribus existimare, Antiochum fuisse typum Antichristi & in hunc etiam quadrare quæ de illo dicitur sunt. Sed nihil propterea Pontificiorum sententiæ video accedere. Nec enim Hieronymus verbum ullum facit de isto Missæ sacrificio: sed tantum ait Antichristo sequente cultum Dei interruptum iri. Verba Hieronymi hec sunt:

In Daniel. *A tempore ἐντελεχίου, quod nos interpretati sumus iuge sacrificium, quando Antichristus orbē obtinens Dei cultum interdixerit, &c.* Ex quibus perspicuum esse potest, etiam ipso Hieronymo iudice (quem illi testem excitarūt) locum Danielis commentitio Missæ sacrificio

Orat. 2. ad  
vers. Iu-  
dæos.

cap. 12.

ficio non patrocinati.

*Obiectio 6.*

*Quod uniuersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi Apostolica authoritate traditum rectissime creditur.*

*Sacrificium Missæ est eiusmodi.*

*Quare sacrificium Missæ non nisi Apostolica authoritate traditum, rectissime creditur: & vi Consequentis, legitimum est.*

*Maior est ex Augustino de prompta.*

*Minorem ipsa experientia comprobat.*

*Responsio.*

Maiorem excutio. Truncatus est locus. A-  
gebatur de Pædobaptismo: cuius probatio  
nem si quis ex Scriptura postulauerit: *Etsi, in-*  
*quit Augustinus, quod uniuersa tenet Eccle-*  
*sia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum*  
*est, non nisi Apostolica authoritate traditum re-*  
*ctissime creditur: tamen veraciter continere pos-*  
*ssumus quid valeat in parvulis Baptismi sacra-*  
*mentum, ex Circuncisione, &c.* Sequantur er-  
go Pontificij testem suum Augustinum, qui  
ne ipsa quidem consuetudine, inde usque  
ab Apostolorum temporibus semper usur-  
pata contentus, libenter recurrit ad Scriptu-  
ræ firmamenta. Nimurum non pro consue-  
tudine, sed pro veritate certabat Augusti-  
nus, cuius quidem veritatis alibi, rationem  
invincibilem esse affirmauit: quippe (vt ille  
ipse docuit) in sacris libris iuvestigandam.  
Admittimus igitur quæ dixit & vt dixit Au-

De Baptis-  
mo. Cōtr  
Donat. l. 4.  
cap. 24.  
Errores supe-  
rioris obiect.

Quæst. ex  
vtr. 109.  
De Dōctr.  
Christ. lib.  
2. cap. 31.

gustinus: Ea quæ semper usurpata fuerunt in Ecclesia Christiana ab Apostolorum temporibus & quæ firmamentum habet in Scriptura: ea fuisse ab Apostolis tradita.

Minor planè falsa est. Nec enim verum est Missæ sacrificium ab Apostolorum temporibus ad hęc usque tempora perdurasse: cùm Apostoli & veteres ipsi Doctores sacrificiū Missæ ne nominent quidem: & ex historia satis constet, à multis ac variis authoribus Missæ sacrificium fuisse consarcinatum. Nec etiam verum est, ipsum habere ullū in Scriptura firmamentum. Quamobrem ut Augustinus ex Augustino ipso dirigamus: *Affirmo Corramus, (inquit in illa ipsa disputatione) diuinam stateram de Scripturis sanctis & in illis quid sit grauius, appendamus.*

Quæ cùm ita sint, cuius, ut spero, manifestū esse potest, nullius esse ponderis ea quæ Pontificij è veterum scriptis argumenta depromoverunt, tum quia fides nostra non hominū, sed solius S. Scripturæ autoritate niti debet: tum quia veterum sententias in alienum sensum detorserunt, ut eas suis commentis addicerent. Verum enim uero ut hanc Pontificiorum iniectionem maculam ipsi veteres, sua potius quam nostra manu, abstergere videantur: Audiamus quidnam illi de Christianorum sacrificiis docuerint cum ipso Dei verbo consentaneum.

## CAPVT 6.

VVM Augustinus aduersus Cresconium Donatistā Theologicē disputaret, Cypriani scriptis ad confirmationē sui erroris abutentem: Lueras, inquit, Cypriani, non ut Canonicas habeo, sed eas ex Canonicis considero: & quod in eis Divinarum scripturarum authoritati congruit, cum lande eius accipio: quod autem non congruit, cum pace eius responso. Sic peritus ille Theologus accuratas ac Theologicas disputaciones distinguebat à probabili ratione disserendi. Nos igitur ipsum Dei verbū sequentes, & hac quidem in re, Augustini vestigiis insistentes, ea quæ veteres tradiderunt, ex Canonicis literis consideramus, & quæ Divinarum Scripturam authoritati cōgruunt, cum eorum laude accipimus: quæ vero non congruunt, cum ipsorum veterum pace respuius. Hoc autem si in omnibus capitibus religionis Christianæ, quanto magis in præcipuo hoc argumento faciendum est, ubi agitur de vero sacrificio noui Testamenti? Quamobrem cum pijs veteres sæpe docuerint Christi sacrificium in cruce pro nobis semel factum, esse unicum sacrificium noui Testamenti propriè dictum, propitiatorium pro peccatis nostris, cuius quidem semel peracti virtus & efficacitas sit perpetua.

Quæ veteres  
de Christiano  
ritu sacrificiis  
cum verbo  
Dei consen-  
tanea tradi-  
derint.

Contra  
Cref. Grā-  
mat. l. 2. c.  
32.

Quomodo  
vtenduntur  
veterū Do-  
ctorum testi-  
monitis.

Veteres Do-  
ctores nostra  
sententiam  
confirmant  
totidē ver-  
bis: ut per-  
spicuum est ex  
notis sequen-  
tibus.

tua: Christianorū autē sacrificia non realia, externāque, sed esse spiritualia: hanc veterū sententiam, Scripturarum authoritati congruentem, nos cum eorū laude accipere, te stabimur subiectis aliquot Doctorum veterū testimoniosis: ex quibus erūt dirigēda & exponēda, si que fortè in aliis eorū scriptis, de sacrificio, minus accuratè dicta reperiātur.

Aduers. TER TULLIANVS. *Vade, ostende te sacerdoti & offer munus quod praecepit Moyses Matth. 8. Argumenta figurata ut puta Propheta legis adhuc in suis imaginibus rubeatur: quae significabant hominem quondam peccatore verbo mox Dei emaculatum offerre debere munus Deo*

*Christus solus apud templum, orationem scilicet & actionē gratiarum apud Ecclesiam per Christum Iesum catholicum Patri sacerdotem. Idem. Quod non*

Aduers. terrenis sed spiritualibus sacrificiis Deo litandū Iudæos. sit, ita legimus ut scriptum est: *Cor contribulatum*

*Sacrificia hostia est Dei: & alibi Sacrifica Deo sacrificiū Christianorū laudis. Idem. Fides tua te saluam fecit: quia innon autem tellecerat verā se Deo omnipotenti oblationem, crassa & ex- gratiarum scilicet actionem apud verum tem- terna.*

Aduers. Mar.li. 4. Ad Scapu. *sacramentum pro salute Imperato- ris: sed Deo nostro & ipsius: sed quomodo prae- cepit Deus, pura prece.*

Aduer. Hę- res. l.4.c.34. *I R E N A E V S. Sic & ideo nos quoq; offerre vult munus ad altare frequenter sine intermisso- ne. Est ergo altare in celis: illuc enim preces no- spiritualia. stra & oblationes nostra diriguntur & ad tem- plum:*

plum: quem admodū Ioannes in Apocalypsi ait,  
Et apertum est templum Dei & Tabernaculum:  
Ecce enim, inquit, Tabernaculum Dei in quo  
habitat cum hominibus.

**IUSTINVS MARTYR.** *Supplicationes In Tryph,*  
simul & gratiarum actiones quae à dignis per-  
aguntur solas perfectas esse, & Deo charas vi-  
Christianorū  
climas, ipse quoque affirmauerim: has vero solas spiritualia.  
facere Christiana didicerunt, &c. Idem. Cui ci-  
tra intermissionem malam hostiam laudis, &  
ut Deo, preces sinceras libamus, & fragrantem  
operum honorum od rem sacrificamus &c.

**BASILIVS.** *Qui ex semine Aaronis con-* In cap. I.  
Esa.  
*ssecrabantur exclusi sunt, ut istis succederet sacer*  
*dos secundum ordinē Melchisedec. Non iā illud* Veteris Te-  
stamenti sa-  
*Vna sacrificeū, aut victimā continuò repetitæ, &c.* cerdotium &  
*Vna enim hostia Christus, & que pro eius con-* ceremonias  
*fessione celebratur sanctorum mortificatio: vna Christus ab-*  
*aspersio, nempe lana crū regenerationis: vna ex-* rogavit,  
*piatio peccati, nimis sanguis ille pro salute mū-* Christi sa-  
*di effusus. Idem. Quō mihi, inquit, multitudinē* crificium est  
*victimarū vestrarū? Repudiata tali multitudi- pititorium*  
*ne, vnam requirit hostia, nimis ut quisq; se con-* vnicum pro-  
*ciliat & offerat Deo, scipsum sistens Deo in ho-* pro peccatis  
nostris.  
*stiā viuentē per rationale obsequium, immolans*  
*Deo sacrificium Iudicationis: quandoquidem*  
*multitudo illarum legalium victimarum explo-*  
*sa est. Vna in hoc seculorum fine approbata est,*  
*semel oblata in abolitionem peccati. Agnus enim*  
*Dei abstulit peccatum mundi, seipsum offerens*  
*oblationem & hostiam in odorem suavitatis.* Ibid.

In Pasch. GREGOR. NAZIANZENVS. Magna  
or. 2. illa & quantum ad primum naturam immixta  
Vnici Sacris bilis victimale legalibus sacrificiis immixta est: it-  
sificij in cruce la, inquam, non exigua cuiusdam partiis orbis  
peracta perpetua est ef- terrarum, nec ad exiguum tempus, sed totius  
ficacia. mundi, nec unquam intermoritura expiatio.

Ibid. Idem. Deo super altari superno cum cœlestibus

In plag. choris sacrificium laudis immolemus: penetra-  
grand.

Sacrificia omnis horis nosmetipso Deo immolemus, &c.  
Christiano. rum sunt

Idem. Prima sapientia est vita proba & hone-  
tum in spi- sta, Deoque perpurgata, Deo, inquam, purissimo

ritualia. & à nobis solum purgationis sacrificium requi-  
rente, quod quidem cor contritum & laudis sa-

cificium & nouam in Christo creaturam, idque  
genius nominibus appellare, Scriptura sacra fa-  
miliare est.

Côtr. Mar EPIPHANIUS. Num quadraginta an-  
cicon t. her. nis sacrificium mihi obtulisti in deserto? &c. ut

42. Christi sacri- discerent quod Deus per aduentum Christi sui  
ficiū est vni- omnem sacrificiorum usum tolleret, uno sacri-  
cum. cicio omnia que antea fuerunt, complente ac per-  
ficiente, quod est sacrificium & victima Christi.

Nam Pascha nostrum immolatus est Christus.

Aduers. CHRYSTOSTOMVS. Postquam dixit sa-  
lud. or. 4. crificium & oblationem noluisti, addidit, corpus  
autem adaptasti mihi: quoniam ostendit aliud  
inductum sacrificium: & hoc ipsum interpretans  
Paulus dixit: Per oblationem hinc sanctificati  
sumus in voluntate Christi: si enim sanguis tau-  
rorum, hircorum, & cinis victimæ aspersus in-  
quit.

quinatos sanctificat ad carnis emundationem:  
 quanto magis sanguis Iesu Christi, &c. Itaque <sup>Vni</sup>ni si-  
 quod illud sacrificium antiquatum est & aliud <sup>crisi. iij</sup> semel  
 in eius locum industum, satis ex his demonstra- <sup>in cruce per-</sup>  
 tum est. Idem. Christus non semper crucifigitur, quā iterando  
 Vnum etenim pro peccatis nostris tulit sacrificiū perpetua per  
 cium, sed semper per illud nos purgat. Idem. Si fecitque es-  
 Christus perfectus est, nunquam peccat, semper <sup>sicacia.</sup> In Ioac.  
 viuit, cur pro nobis offerret multa sacrificia? &c. Homil. 17.  
 Non est aliud sacrificium: vnum nos purgavit: In Ep. ad  
 post illud, ignis & gehenna. Propterea sursum Heb. hom.  
 atque deorsum renoluit Apostolus dicens vnum <sup>13.</sup>  
 sacerdotem, vnum sacrificium: ne quis putans <sup>Christi sa-</sup>  
 multa esse, sine timore delinquat. Idem. In cœlīs <sup>crifiū vni-</sup>  
 habemus sacerdrium: in cœlīs sacerdotem: in cœlīs sacer-<sup>cum propi-</sup>  
 lis hostiam: talia etiam nos offeramus sacrificia peccatis no-  
 qua in illo sanctuario possint offerri. Non iam stris.  
 pecudes, vel boues: omnia hæc soluta sunt, & pro <sup>Christi: vni-</sup>  
 eis introductum est rationabile obsequium. <sup>ens sacerdos,</sup> & eius sa-  
Quid autem est rationabile obsequium? qua crifiū vni-  
 per animam & secundum spiritum offeruntur. <sup>cum.</sup> In Ep. ad  
 eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Quic- <sup>Heb. hom.</sup>  
 quid non indiget corpore: quicquid non indiget <sup>sacrificia</sup>  
 instrumentis, neque locis in quibus quidem est Christianorū  
 Pontifex: ut est mansuetudo, temperantia, mēse- <sup>Spiritualia.</sup>  
 ricordia, patientia, longanimitas, animi mode-  
 stia, &c. Vides alia quidem discedentia, alia <sup>sacrificia</sup>  
 succedentia sacrificia. Hæc igitur offeramus. Illa <sup>Christianorū</sup>  
 quidem diuinitarum sunt: hæc virtutis: illa ex- <sup>non sunt ex-</sup>  
 trinsicus: ista in irinsecus, &c. <sup>terna.</sup>

In Leuit. CYRILLVS. An ignoras tibi quoque, id  
lib.9. est, omni Ecclesie Dei & fidelium populo sacer-  
sacrificia dorium datum? Audi quomodo Petrus dicit de  
Christianorū fidelibus: Genus, inquit, electum, regale sacer-  
spiritualia dotum, gens sancta, populus acquisitionis. Ha-  
bes ergo sacerdotium, qui: gens sacerdotalis es,  
& ideo offerre debes Deo hostiā laudis, hostiam  
orationum, hostiam misericordiae, hostiam pudi-  
citiae, hostiam iustitiae, hostiā sanctitatis. Idē. Stat  
Christus, solus ergo etiam nunc verus noster Pontifex Christus  
verè sacer- & implere vult manus suas incenso composito,  
dos noui T<sup>e</sup>- minuto: & ab unaquaque Ecclesia quæ sub cœ-  
stamenti.  
lo est considerat quid offeratur: quam integrè in-  
censum suum diligenterque componat, quam mi-  
nutum id faciat: id est, quomodo unusquisq;  
no- strū opera sua ordinet & quomodo sensum ac  
verba Scripturarum spirituali explanatione dis-  
cutiat, &c. Idem. Sacrificamus nunc multò me-  
lius quam illi olim. Descendit enim cœlitus non  
sensibilis ignis sed ex Patre per Filum Spiritus  
Sanctus illustrans Ecclesiam: adhibemus autem  
& sacrificia, spiritualia scilicet, & mentalia.  
Nam illi quidem offerebant Deo boves, oves,

sacrificia turtures & columbas, & ex fructibus & similam  
Christianorū oleo sparsam & lagana & thura. Nos autē tam  
nō sunt cras- crasso ministerio relicto praeceptum habemus ut  
sa & exter- nata sed spiri- tenue ac spirituale & subtile perficiamus. Offe-  
runt enim in odorem suavitatis Deo virtutes  
modi sunt omnigena, fidem, spem, charitatem, iustitiam, con-  
virtutes gra- continentiam, perpetuas laudes & alias virtutes.  
tiarum aëlio Et stud enim sacrificium minime carnale, simpli-  
cēt

&amp;c.

tem & secundum naturam incorporeum decet  
Deum, & mentalis fragrantia oblationes sunt  
verè honestæ vita modi.

HIERONYMVS. Nunquid manducabo In c. I. Es.  
carnes taurorum? &c. Psal. 49. Quum veteris  
legis ceremonias respuisset, transit ad Euange-  
licam puritatem, & quid pro his cupiat ostendit. Sacrificia  
Immola Deo sacrificium laudis, inquit. Idem. Christianorū  
Historiam Ionæ ad Christum & ad voca-spiritualia.  
tionem Gentium referens: Ante Domini In. Ion. c. I.  
Passionem timentes clamauerunt ad Deos suos.  
Post passionem eius, Dominum timent, veneran-  
tur & colunt, & immolauerunt hostias quas cer-  
tè iuxta literam in mediis fluctibus non habe-  
bant: sed quia sacrificium Deo spiritus contri-  
bulatus est, &c. Jonas in mari fugitiuus, naufra-  
gus, mortuus saluat nauiculam fluctuantem, sal-  
nat Ethnicos in diuersas prius sententias mundi  
errore iactatos. Ex quo ostenditur sedari non posse  
naufragium, nisi morte fugitiui. Idem. Et immo- In Psal. 26.  
labo in tabernaculo eius hostiam iubilationis,  
Psal. 26. Quod pro nobis ad tempus humilitati-  
tem sustinuit gaudens prædicabo, quia talibus  
hostiis delectatur. Hostia iubilationis, est hostia  
prædicationis. Idem. V etera sacrificia vacuan- In Psal. 49.  
da esse declarat: ideoque in moribus bonis sa-  
crificium requirit. Immola Deo sacrificium lau-  
dis, inquit, hoc est, sacrificium acceptabile, hoc est  
holocaustum pingue ut laudetur Deus ab homi-  
ne quem creauit, quem redemit, cui regnum cœ-  
lestis promisit. Idem. Audiant Inde i sacrificia

In Psal. 50. *sua cessasse.. Quid ergo tu homo offeres? audi quid subiecit: sacrificium Deo spiritus contributatus, &c.*

In Ep. ad Ambrosius. In Christo semel oblata est Heb. c. 10. hostia potens ad salutem sempiternam. Idem. Ad Theo. *Iussit Dominus Angelo ut parceret plebi; sacrificium Christi sicutum autem David offerret 2. Reg. 12.* Erant tamen vniuersitas eius sacrificia pro delictis, hæc nunc sunt que virtus sacrificia paenitentiae. Idem. Apud veteres ideo & officia oblata occidebatur hostia, ut homines peccati perpetuæ causam mortis subiectos significaret. Nunc autem quia per donum Dei purificati sunt homines & Christianorū à morte secunda liberati, viam hostiam debent offerre ut signum sit vita eterna. Non enim sicut spiritualia. sacrificia corpora pro corporibus immolantur: nunc vero non corpora, sed virtus corporis perimenda sunt. Idem. Nonne altare est cœlestis, fides nostra in qua offerimus quotidie orationes nostras?

In Epist. ad Heb. c. 8. stra in qua offerimus quotidie orationes nostras? Ibid. c. 10. Idem. Accedamus, inquit, cum vero corde & plenitudine fidei, &c. Heb. 10. Accedamus scilicet fide & spirituali cultura in veraci corde, quia sunt externa sacrificia Christianorū non nihil est visibile horum, neque sacerdos, neque sacrificium, neque altare, &c. quia spiritu spiritus ad tualia percipimus, &c.

In Epist. ad Augustinum. Ipse verus Deus & Pontifex Christi filius qui pro nobis non in sanguine taurorum & bisonorum, sed in sanguine suo semel introiuit in Veteribus sancta: quod tunc Pontifex ille significabat, qui aduentus eius cum sanguine in sancta sanctorum per annos sacrificium singulos introibat: Iste igitur est qui in se uno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptissimum. p. 110

ptionis nostra sciebat effectum: idem scilicet sacerdos & sacrificium: idem Deus & templum. Sacerdos, per quem sumus reconciliati: sacrificium quo reconciliati: templum in quo reconciliati: Deus, cui & victima. reconciliari: solus tamen sacerdos, sacrificium & Christus solus templum: & hec omnia Deus secundum formam sacerdos nouis serui. Idem. Christus morte sua, quippe, uno vero sacrificio pronobis oblato, quicquid culparum erat, unde nos principatus & potestates ad luctuosa supplicia iure detinebant: purgauit, aboleuit, extinxit: & sua resurrectione in nouam vitam nos predestinatos vocauit: vocatos iustificauit: iustificatos glorificauit. Idem. Ut, quoniam quantum considerantur in omni sacrificio: Cui offeratur: à quo offeratur: quid offeratur: pro quibus offeratur: idem ipse unus verusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo: unum cum illo maneret, cui offerebat: unum in se faceret, pro quibus offerebat: unus ipse esset, qui offerebat & quod offerebat. Idem: Quod David obtrulit ut populo parceret, umbra erat futuri: qua significatum est, quod per unum sacrificium, cuius illa figura erant, saluti populi spiritualiter & nicum parxit: ipse est enim Christus Iesus qui traditur: propter iustificationem nostram: propter quod etiam dicit: Pascha nostrum immolatus est Christus. Idem, immola Deo sacrificium laudis, &c. Psal. 49. Hinc sacrificiorum veterum aperta mutantio est: illa enim Deus accepturum se non iudicavit: sive prædictum: cultoribus suis sacrificium laudis

In Psal. 94. indixit. Idem, *Imponimus in ara sacrificium,*  
*Christus solus quando Deum laudamus. At vero sacerdotem*  
*sacerdos. si requiras, super cœlos est: interpellat pro te, qui*  
*in terra mortuus est pro te.*

In Epist. ad Thoma s autem (ne Scholaisticos planè  
 Hebr. ca. 7. cōtemnamus) Christū (inquit) non obiulit pro  
 peccatis suis, sed tantum pro nostris: Esa. 53. Vul-  
 neratus est propter iniquitates nostras. Item: nec  
 Sacrificij Christi vniuersitatem frequenter pro nobis sed tantum semel 1. Petr. 3.  
 ac nunquam Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,  
 iterandi per. unica enim eius oblatio sufficit ad exhaurienda  
 petua est vir-peccata totius generis humani. Ac, ne sim lon-  
 gior aliis testimoniiis recitandis, desinam in  
 In Psal. 50. hac præclara Hieronymi precatione: *Nos*  
*famuli tui supplices deprecamur, Domine Iesu*  
*Christe, ut magnis facinoribus nostris immen-*  
*sam misericordiam largiaris, nosque per contritio-*  
*sacrifica nem cordis humiliatos, mactando vitia, iugulan-*  
*Christianorū do delicta, dignum tibi acceptabileque prepares*  
*spiritualia. holocaustum.*

Summa testi-  
 moniorū ex  
 Veneribus  
 de prompto-  
 rum.

Ex his igitur veterum Doctorum testi-  
 moniis & plerisque aliis consimilibus, quo-  
 rum pleni sunt eorum libri, perspicuum esse  
 potest, ipsorum veterum hanc fuisse senten-  
 tiā: Christum vnicō sacrificio pro nobis  
 in cruce factō, propitiatorio pro peccatis,  
 legalia omnia sacrificia abrogasse: cuius qui  
 dem sacrificij semel facti perpetua est effica-  
 citas: nec vlla iam alia Ecclesiæ Christianæ  
 sacrificia, præter spiritualia, superesse: quæ  
 nobis in scriptis Apostolorum commen-  
 dantur.

dantur. Quam nos sententiam (vt ad illud Augustinianum reuertamur) diuinarū Scripturarum authoritati congruentem, cum ipsorum Veterum laude accipimus: & siquæ occurrant minus dilucidè ab illis ipsis proposita, de sacrificiis noui Testamenti: ea nos ex aliis eotundem accuratioribus testimoniis, explicamus: adeò vt facile ab omnibus intelligi possit: Veteres nobis in hac quæstione & in hoc Theologicè & ~~et~~ <sup>et</sup> modicè differendi genere, perperam fuisse obiectos. Quia verò monent Philosophi, in disputacione ~~τηνεναστην~~, quoad eius fieri potest, inuestigandum esse ~~τηνεναστην~~, & erroris primarios fontes aperiendos, vt ipsa refutatio melius perspecta sit: pauca subiiciemus de iis quæ potissimum videntur Pontificios in hunc errorem, quem refutauimus, induxisse.

Pontificij, omissa prima illa quæstione: <sup>πρῶτον θεῦ-</sup>  
 An vlla sint externa & realia sacrificia in Ec-  
 clesia Christiana: profiliunt ad Sacrificij  
 definitionem: & querunt: Quid sit, cùm  
 nondum plenum fecerint: An sit. Quare, si  
 vera esset eorum sententia: primum omniū  
 efficiendum esset ex planis ac dilucidis Scripturæ locis, & ex ipsa Christi institutione:  
 sacrificia externa & realia esse à Christianis  
 offerenda: atque inde facile depromerent  
 veram ac propriam sacrificij à Christianis  
 offerendi definitionem.

Secundò: Quum externum sacrificium definiunt: omittunt ea quæ sunt ~~στοιχία~~, & sine quibus sacrificium esse non potest: videlicet ipsum Dei institutum: quod cùm illos deficiat, nihil mirum si dubij incertique per humana somnia vagentur.

Tertiò: Non distinguunt inter sacrificium crucis, &, ipsius sacrificij tum commemorationem, tum applicationem.

Quartò: confundunt sacramentum cum sacrificio externo: cùm tamen Sacramentum in genere latius pateat quam sacrificium: & vt quidem ab Ecclesiæ Christianæ Doctribus usurpatur, quædam sit inter Sacramentum & sacrificium oppositio: quandoquidem ea est sacrificij natura, vt à nobis a liquid offeratur Deo: at in Sacramentis novi Testamenti, summa Dei beneficia nobis offeruntur.

Quintò: non satis rectè tenent vim ac naturam sacrificij spiritualis: adeò vt identem externum cum interiori sacrificio confundant.

Sextò: quæ Veteres minus & mucide & figuratè dixerunt de sacrificio, vt Cœnæ Dominicæ mysterium nobis commendarent: ea Pontificij arripiunt ad sui erroris confirmationem: non spectato Veterum ipsorum proposito: cùm deberent potius scripta Veterum ad amissim verbi diuini exegere, & ea Veterum testimonia præferre,

quæ

quæ cum Prophetarū & Apostolorum scriptis conueniunt.


Quæ cùm ita sint: cùm in disputatione <sup>conclusio</sup>  
*καταγενερασινη* sententiā nostram planis ex-<sup>totius Dis-</sup>  
 pressissime Scripturæ locis confirmauerimus: <sup>putationis.</sup>  
 Pontificiorum autem errores *ἀναγενερασινη*  
 disputatione refutauerimus, atque etiā ab-  
 furdis & incommodis oppreserimus, de-  
 nique ad eorum obiectiones, tum ex Scri-  
 ptura, tum ex Veteribus propositas, respon-  
 derimus: ita discussa erroris caligine: nobis  
 redit ea lux veritatis, quam initio propo-  
 suimus, in Orthodoxæ & ex verbo Dei Re-  
 formatæ ac verè Catholicæ Ecclesiæ senten-  
 tia conspiciendam: nempe: *Christum esse sō-  
 lum Pontificem ac verè sacerdotem noui Testa-  
 menti: & eius sacrificium semel in cruce pera-  
 etum, esse unicum, reale & externum sacrificium  
 in Ecclesia Christiana: idemque unicum propi-  
 tiatorium pro peccatis nostris.*

FINIS.

## Errata.

Pag.4.linea 26.applicetur) pag.7.l.9.alia pag.16.l.  
26.Pontificem pag.17.l.15.peccata pag.19.l.7.  
pei Spiritum pag.31.l.24.iudices

Pag.40.l.2.recipiendum pag.49.l.7.ergo verè  
pag.50.l.23.Missa pag.51.l.21.relatio pag.52.in  
marg.sacrificari pag.53.l.17.Si ita sit:substantia igit  
tur pag.55.l.28.efficitur pag.57.l.5.Nam pag.  
52.l.11.nobis pag.73.l.28.offerret pag.91.l.1.sensu  
pag.93.l.1.oratione pag.120.l.27.particula Deo &c.  
pag.167.l.5.TERTVL.à capite ibid. l.10.quòd is pa  
nem &c. pag.169.l.3.DAMASCENVS: pag.172.l.5.  
prophetauit. ibid. l.14.locum Malachia



OCN 82857477

